Oncede quod opus de-
us: ut ad meliorem
vitā sanctorū tuorū erēpla-
nos propōcēt quaten⁹ quoq;
solēniā agim⁹: etiā actus
imitemur. **P**er. **Brad.**
Juravit dñs et non penitebit
eū: tu es sacerdos in eternū
in ordinē melchisedech. **x.**
Dixit dñs domino meo: sede
a dextris meis. All'a. **x. Dis-**
posui testimoniū electis meis iura
ui dñi dauid seruo meo. **Offc.**
Gloria et honore coronasti
eum et cōstituisti eū sup ope-
ra manuum tuarū domine.

Hostias tū- **Secre.**
bi dñe beati felicitis
martyris tui dicatas me-
ritis benignus assume: et
ad ppetuū nobis tribue
prouenire subsidiū. **P**er.
Colo. Posuisti dñe in capi-

te eiꝝ coronā & lapide p̄tioso
Aelum⁹ Postcō.
Quoniam salutaribus re-
 pleti mysterijs: vt cuiꝝ so-
 lenia celebramus eiꝝ ora-
 tionibus adiuuemur. **Iu-**
lancorum martyrum be-
raldi: petri: accursij: adiu-
ti: & ottonis. Introitus.

Ulte tribulationes
 iustorū: & his oībus
 liberauit eos domi-
 nus: dñs custodit oia ossa eo-
 rū: vñū ex his nō pteret. **ps**
 Benedicam dñm in omni tē-
 pore semper laus eius in ore
 meo. **x. Gloria. Oratio.**

LArgire nob̄ q̄s do-
 mine beatis marty-
 rib⁹ tuis beraldo: petro:
 accursio: adiuto: & ottone
 intercedētib⁹ celestia sp &
 xp̄m amare: quoz glorio-
 so martyrio ordinis mun-
 rū initia cōsecrasti. **P**er
 eū. **Epla.** Spectaculū fa-
 cti sum⁹. **R**egre i vigilia
 plurimoꝝ apłorū. **Građ.**
 Vindica vñne sanguinē scōrū
 tuorū q̄ effusus ē. **x. Ps**osue-
 rūt mortalia seruoꝝ tuorum

vñne escas volatilib⁹ celi car-
 nes scōꝝ tuorū bestijs terre.
 All'a. **H**ec ē vera fraterni-
 tas que vincit mūdi criminia
 xp̄m secuta ē iclyta: tenēs re-
 gna celestia. **Euangēlium**
 Ecce ego mitto vos. **R**e-
 gre i natali apłorū. & dicit
Credo. **O**ffer. Justorū aie-
 si manu dei sūt: & nō tāget il-
 los tormentū mortis vñi sunt
 oculis insipientium mori: illi
 aut̄ sunt i pace all'a. **Secre.**

DRo p̄ciosa vñne tuo
 rū morte scōꝝ sacri-
 ficiū istud offerim⁹ q̄ opez
 tuā nr̄is tpib⁹ clementer i
 pēdas & grāz nob̄ vere de-
 uotiōis erhibeas. p dñm.
Cojo. Dico at̄ vobis amic̄l
 meis ne terreamini ab his q̄
 vos sequuntur. **Postcō.**

Celestia vñne dona q̄
 sumpusimus vitā no-
 bis tribuant sempiternā:
 quam cū beatorū marty-
 tuorum beraldi: petri: ac-
 cursij: adiuti: atqz ottonis
 glorioſis meritis implora-
 mus. **In sancti marcelli**
pape & martyris. Introī.

Sci marcelli pape et mar.

Tatuit eī dñs testa-
mentū pacis: et prin-
cipem fecit eum: ut
sit illi sacerdotij dignitas in
eternū. **Memento** dñe
david: et omnis mansuetudi-
nis eius. **X.** **Gloria.** **Oio.**

DReces populi tui q̄
sumus dñe clemen-
ter exaudi: ut beati mar-
celli martyris tui atq; pō-
tificis meritū adiuuemur:
cuj⁹ passiōe letamur: per.
Gra. Inueni daniel serum
meū: oleo sancto vnxī eū: ma-
nus enim mea auriliabit ei:
et brachium meū confortabit eū
X. **Iacob.** pficiet inimicus in
eo: et filius iniquitatis nō no-
cedit ei. **Alla.** **X.** Tu es sacer-
dos in eternū fin ordinem
melchisedech. **Offer.** Ueli-
tas mea et misericordia mea
cum ipso in nomine meo ex-
altabit cornū eius. **Secre.**

SAscipe q̄s dñe mu-
nera dignant obia-
ta: et bri marcelli suffragā-
tibus meritis ad nrē salu-
tis auxiliū puenire pcede.
p. **Lolo.** Dñe quinq; talēta

tradidisti mibi: ecce alia qn-
q; suplucrat⁹ sum: euge serue
fidelis: qz i pauca fūisti fidel:
supra multa te p̄stituā: ista ī
gaudium dñi tui. **Postcō.**

SAtiasti dñe familiā
tua muneribus sa-
cris eius q̄s semp interue-
tione nos resoue cuius so-
lēna celebramus. **Per.**
In sci antonij monachi et
cōfessoris ad missaz **Oio**

DEnus q̄ pcedis obtē-
tu bri antonij cōfes-
soris tui morbidū ignē ex-
tingui: et mēbris egris re-
frigeria p̄stari: fac nos p̄-
pitius ipsius meritis a ge-
henne incēdijs liberatos
integros mente et corpore
tibi feliciter in gloria pre-
sentari. **Per** dñm nostrū
iesum christum. **Secreta**

SAcriticiū nostrum
quesumus dñe be-
nignus intende: quo sicut
beati antonij precib⁹ cra-
ciatus temporales sanare
nō desinis: ita erui miseri-
corditer ipetrem⁹ ab eter-
nis. **Per** dñs. **Postcō.**

Profit nobis ad salutem dñe sacri munieris oblatio: p quā beatitatis atonij fulti suis ragio erē plo ipsius oia tela negissimi ignea extinguitētes: scōrū mereamur adiūgi confortio. Per. **In scōrū psce virginis et mar. Introit.**

O quebar d̄ testimo nijs tuis in aspectu regū et nō cōfundebar: et meditabor in mandatis tuis que dilexi nimis. **ps** Beati imaculati in via q ambulant in lege dñi. **v. Glia.**
Duis: ut q beate psce martyris tue natalitia collimus: et annua solēnitate letemur: et tāte fidei pficiamus exēplo: p do. **Gia.** Specie tua et pulchritudine tua intēde. pspere pcede et regna. **v. Propter veritatem et māsuetudinē et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua all'a.** **v. Loquebar domine de testimonijis tuis i cōspectu regū et nō cōfudebar.**
Offer. filie regū in hono-

re tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato cīcundata varletate. **Secreta**

Hostia dñe qs: quā in scōrū tuoz natali tījs recēsentes offerimus et vincula nře prauitatis absolvat: et tue nobis misericordie dona conciliat. Per. **Eoio.** feci iudiciuz et iusticiā dñe ne calūnientur mihi supbi: ad oia mandata tua dirigebar: oēz viā iniqtatis odio habui. **Postco.**

Quesum⁹ dñe salutaribus repleti mysterijs: vt cui⁹ solēnia celebramus eius orationibus adiuuemur. Per dñm. **In scōrū martyruz maris marthe audifax et abacū.**

Exaudi dñe **Dio.** populu tuū cū scōrū tuoz patrocinio supplicātē: vt et tpalis vite nos tribuas pace gaudere et eterne repire subsidū: p. **Se**
Dreces dñe tu **cre.** dorūz respice oblationesqz fideliū: vt tibi grata sint p tuorū festiuitate

S. fabiani et sebastiani

sanctorum: et nobis conferat
tue propitiationis auxilium.

Sanctorum tuorum domine
intercessione placatus: prosta
quod ut quod tibi celebramus
actione perpetua salvatio
ne capiamus. Per dominum.
In sanctorum martyrum fabi-
ani et sebastiani. Introit.

Natre: in conspectu
tuo domine gemit compeditoru[m]: redde vici
nis n[ost]ris septuaginta in finu eo-
rum vindica sanguinem sanctorum tu
orum qui effusus est. **Ha**De venie
runt gentes in hereditatem tuam
polluerunt templum sanctum tuum: po-
suerunt hierusalem in pomorum
custodiā. **Gloria.** **O**lo.

In firmitate nostrâ
respice opus dens: et
quos potius proprie actio[n]is
grauat beatorum martyrum
tuorum fabiani et sebastiani
intercessio glorio[s]a nos pro-
tegat: p. **Epla.** Sancti per
fidem vicerunt regna. **Re-**
ge in communione plurimorum
martyrum. **Bra.** Gloriosus
deus in sanctis: mirabilis in

maiestate facies propria. **D**
Dexter tua domine magnifica-
ta est in virtute: dextera manu
te confregit inimicos. Alla
Sancti tui domine benedic et
te gloriam regni tui dicent.
Evangelisti. **D**escendens
jesus de monte stetit in loco
campestri. **R**equire ut
supra. **O**ffer. Letaminis in
domino et exultate iusti: et gloria
mimi oculis recti corde. **S**e
Hostias tibi creta.

Homines beatorum martyrum
tuorum fabiani et sebastiani
dicatas meritis benignus assume: et ad pre-
tuum nobis tribue prouincire
subsidiū: p. **Coio.**
Multitudo loquentium et qui
verabantur a spiritibus im-
mundis veniebant ad eum: que
virtus de illo exhibat et sanas
bat omnes. **P**rofessōmu.

Refecti participatione
muneris sacri: quesumus domine deus noster: ut
quorum exequimur cultum
sentiamus effectum. Per.
In sancte agnetis virgi-
nis et martyris. Introit.

Expectauerūt pec-
catores vt perderet
me testimonia tua do-
mine intellexi: omnis consū-
mationis vidi finem: latum
mandatum tuu nimis. **ps.**
Beati imaculati in via q am-
bulant i lege dñi. **v.** **Gloria**

O Mingo **Oratio.**
O tens sempiterne de-
us qui infirma mundi eli-
gis: vt fortia queqz cōfun-
das: cōcede propitius: vt
qui beate agnetis marty-
ris tue solennia colimus:
et apud te patrocinia sen-
tiamus. **P**er dñm no-
strum. **Epistola.** Confi-
tebor tibi dñe rex. **Requi-**
re in cōmuni virginum.

Gradu. Diffusa est gratia s-
labhs tuis propterea bene-
dixit te deus in eternum. **v.**
Propter veritatē et mansue-
tudinē et iusticiuz: et deducet
te mirabiliter dextera tua.
Alleluia. **v.** Quinqz pruden-
tes virgines acceperunt ole-
um in vasibz suis cū lampadi-
bus: media autem nocte cla-
mor factus est ecce sponsus ve-
nit exite obuiaz christo dño.

nit: exite obuiā christo dño.
Euangelium. Simile est
regnum celorum decē vir-
ginibus. **Require ut su-**
pra. **Offer.** Offerentur re-
gi virgines proxime ei⁹ offe-
rentur tibi in leticia et exulta-
tione adducentur in templis
regi domino. **Secreta.**

Habbi offerimus proprie-
tius suscipe: et interceden-
te beata agnate martyre
tua vincula peccatorū no-
strorū absolvie. **P**er do-
mi. **Coio.** Quinqz pruden-
tes virgines acceperunt oleū
in vasibz suis cum lampadi-
bus: media autem nocte cla-
mor factus est ecce spōsus ve-
nit exite obuiaz christo dño.
Efecti ci **Posticō.**
Rabo potusqz celesti d-
us noster: te supplices ex-
oramus: vt in cuius bec-
cōmemoratione percepi-
mus: eius muniamur et p-
cibus. **P**er dominū no-
strum iesum christuz. **In**
sanctorūz martyrum vī-
cēntūz et anastasij. **Oratio**

In conuersione

Hoc festo q̄s dñe super applicationib⁹ nostris vt q̄ ex iniuitate nřa res nos esse cognoscimus beatorū martyrum tuorum vi centij et anastasi intercessione liberemur. p. **Secre.**

Muneribus nřis q̄s dñic precibusq; susceptis: et celestib⁹ nos mūda mysterijs: et clementer eraudi. **Pater.** **Postco.**

Quesumus oþs de⁹ vt q̄ celestia alimenta pcepimus. incedētib⁹ bris martyrib⁹ tuis vincētio et anastasio p̄ hec p̄ tra oia aduersa muniamur p̄ **In festo Ie emerentiane viginis et martyris officiū** ut sup̄ in festo sc̄e prisce. s.

Loquabar de festiōnīs tuis. **D**ones dicūt de coi virginū. **N**otādū q̄ qñciq; aliquod festū aploꝝ petri et pauli celebrat̄ in dñica. de qua fit cōmemoratio: p̄memoratio dñice semp̄ precedit cōmemoratiōne alterius eorundē: tam in vtrisq; vesperis q̄ in ma-

tutinis et missa. **In conuerſione sancti pauli Intro.**

Clo cui credidi et certus sum q̄ potens est depositū meū seruare in illū diez. **ps.** Dñe pbasti me et cognouisti me tu cognouisti sessionē meam et resurrectionem meam.

Domine Gloria. **O**ro. **E**lus q̄ vniuersū mūdū bti pauli apli p̄dicatio ne docuisti: da nobis q̄s vt q̄ ei⁹ bodie conuersiōne colim⁹ p̄ eius ad te c̄remplā gradiamur. p. **Scien**
dū q̄ qñciq; festū celebraſt de sc̄o paulo fit com
memoratio de sc̄o petro.

Oro. **D**e⁹ q̄ beato petro Require in cathedra sc̄i petri. **S**imilis cū sit festū de sc̄o petro fit etiā cōmemoratio de sancto paulo **O**ro. **D**e⁹ q̄ institutiōne gentiū. **R**egre in cōmōratione sc̄i pauli. **Lectio.**

In actuſi aploꝝ. **if.c.** **N**dieb⁹ illis: Sanlus adhuc spirans minaz et cedis i disciplos dñi ac-

cessit ad p̄ncipes sacerdos-
tū et petiit ab eo eplas in
damascū ad synagogas:
vt si quis inuenisset hui⁹
vie viros ac mulieres: vin-
ctos p̄duceret in bicrusa-
lem. Et cum iter saceret:
ptigit vt appropinquaret
damasco. Et subito circū
fusit cū lux de celo: et ca-
dens in terrā audiuit vo-
cē dicētē sibi: Saule sau-
le qd mepseqr̄is: Qui di-
xit: Quis es dñe: Et ille
Ego sū iesus nazarenus
quē tu pseqr̄is. Durū est
tibi ſtimuluz calcitrare.
Et tremēs ac stupēs dixit
Dñe: qd me vis facē. Et
dñs ad eū: Surge et igre-
dere ciuitatez: et diceſ tibi
qd te oporteat facere. Ni-
ri aut illi q comitabant cū
illo ſtabant ſtupefacti: au-
diētes quidē vocē nemī-
nē autē vidētes. Surrexit
aut saulus de terra: aper-
tiſq̄ oculis nihil videbat
Ad man⁹ aut illū trahen-
tes introducerunt dama-
scū. Et erat ibi trib⁹ die-

bus nō vidēs et nō mādu-
uit neqz bibit. Erat aut q
dā diſcipulus damasci: no-
mē ananias: et dixit ad illū i viſu dñs: Anania. Ut
ille ait: Ecce ego dñe. Et
dñs ad illū: Surge et va-
de in vicum qui vocat re-
ctus: et quere in domo in-
de Saulū noīe tharsensez:
Ecce enī orat. Et vidi ty-
rū ananiā noīe introcun-
tē et imponētē ſibi manūz
et viſu recipiat. R̄ndit ac
ananas: Dñe audiri a
multis de viro hoc quāta
mala fecerit sanctis tuis i
hierim. Et hic h̄z p̄tātez
a p̄ncipib⁹ ſacerdotū alli-
gādi oēs q iuocant nomē
tuū. Dixit aut ad eū dñs:
Vade qm̄ vas electionis
est mihi iste vt portet no-
men meū corā ḡtib⁹ et re-
gibus et filijs iſrael. Ego
enī oſtēdā illi quāta opo-
teat euz p noīe meo pati.
Et abiit ananias: et intro-
uit in domiſ: et imponēs
ci manū dixit: Saule fra-
ter: dñs ielus misit me: q

In duessione sci pauli

Apparuit tibi in via: qua
veniebas: ut videoas et im-
plearis spiritu sancto. Et
perfestum ceciderunt ab ocul-
lis eius tanquam sequame: et
vistum recepit. Et surgens
baptizatus est: Et cum acce-
pisset cibum confortatus est.
Fuit autem cum discipulis qui
erant damasci per dies ali-
quot. Et continuo ingressus in synagogas predica-
bat illis Iesu quoniam hic est
filius dei. Stupebat autem omnes
qui eum audiebant: et dicebant
Hunc enim est qui expugna-
bat in hierusalim eos qui in-
uocabant nomen istud. Et
huc ad hoc venit ut vin-
ctos illos produceret ad prin-
cipes sacerdotum. Saulus
autem multo magis conuale-
scerat et confundebat inde
omnes qui habitabant Damas-
cum; affirmans quoniam hic est Christus.
Bra. Qui opatus est petro in
apostolatum: opatus est et mihi
inter gentes: et cognoverunt
gratias dei que data est mihi.
X. Gratia dei in me vacua
non fuit. sed gratia eius semper in me.

manet. **Alla.** Tu es vas
electorum secum paulus ora pro nos
bis. **Tractus sequens de si h**
festum venerit post dominicam se-
ptuagesimum. **Tractus.** Tu
es vas electorum secum paulus apo-
stole vere digne es glorifican-
dus. **Predicator veritatis**
et doctor gentium in fide et ve-
ritate. **X.** Per te omnes gentes
cognoverunt gratiam dei. **X.**
Intercede pro nobis ad deum quod
te elegit. **Evangeliu** Dicit
simon petrus ad Iesum: Ecce
nos reliquum omnia. **Re**
gre in col aploz. **Offert.**
Mibi autem nimis honorifica-
ti sunt amici tui deus nimis
confortatus est principatus eorum.
Apostoli tui Secf.
Pauli precibus domine ple-
bis tue dona scilicet: ut quod
tibi tuo grata sunt institu-
to gratiora fiat patrocinio
supplicatis. pro loco. Amem
dico vobis quod vos quod reliqui-
stis oia et secuti estis me: cen-
tuplum accipietis et vita eterna
possidebitis. **Apostolus**
Sanctificati domine sa-
lutari mysterio quod

Vtp nobis ei⁹ nō desit o⁹
cui⁹ nos donasti p̄ocinio
gubernari. **P**er. **I**n sc̄e
agnetis secūdo **I**ntroit⁹.

Vultum tuū dñe de
p̄cabūtur oēs diui
tes plebis: adducēt
regi virgines p̄ eā: proxime
eius adducētur tibi in leticia
et exultatione. **ps.** Eructauit
cor meum verbum bonū dī
co ego opa mea regi⁹ **B**la

Duis q̄ nos **O**io
annua beate agne
tis martyris tue solēnitas
te letificas: da q̄s: vt quā
veneramur officio etiam
pie cōversationis seq̄mūr
crempto. **p. S**ra. Specie
tua et pulchritudine tua intē
de p̄spere procede et regna:

N. **I**dropt veritatē et māsue
tudinē et iusticiam: et deducet
te mirabiliter dextera tua.
Alla, **N**. Adducēt regi vergi
nes post eā prime eius offe
rent tibi in leticia. **E**van
gelii.

Simile est: regnū
celoz thesauro abscondito
Require in col virginum
Offer. Diffusa est grā in la

bīs tuīs ppterēa bñdixit te
deus in eternū et in seculum.

Seculi. **S**ecreta.

Super has q̄sumus
dñe hostias bñdictio copi
osa descēdat: que et sancti
ficationez nob̄ clementer
opereſ: et de martyru nos
solēnitate letificet. **P**er.

Elio. Simile est regnum ce
lorū hoi negotiatori querēti
bonas margaritas: inuenta
vna p̄iosa margarita dedit
omnia sua et cōparauit eam.

Sampsi. **P**ostco.
m⁹ dñe celebritatis
annue yotiua sacramēta:
presta q̄sum⁹: vt et tēpora
lis vte remēdia prebeant
et eterne. **P**er.

Si festū
sancte agnetis secūdo ve
nerit i dñica fit officiu⁹ de
dñica cuz cōmemoratione
de festo. **I**n festo purifica
tiōis finita seria sacerdos
indntus sine casula: cum
ministris idutis procedit
ad benedicendum candē
las in medio ante altare
dicēdo **D**ns vobiscū. **R.**
Et cū spiritu tuo. **O**io

In purificazione

Omne sc̄e pat̄ op̄s
eterne de⁹: q̄ oia ex
nibilo creasti ⁊ iusti tuo p̄
opa apū hūc liquorē ad p̄
fectionē cerci venire feci-
sti: ⁊ q̄ hodierna die peti-
tionē iusti symeonis iple-
sti: te humilit̄ dep̄camur:
vt has candelas ad v̄sus
hoiuz: ⁊ sanitatē corporz ⁊
aiaz sine i terra siue i aqz
p̄ iocationē tui sāctissimi
nois: et p̄ itercessionē bte
marie semp v̄ḡinis: cuius
bodie festa dñote celebrā-
tur: ⁊ p̄ p̄ces oīuz scōz tu-
orū bene dicere: et sci-
ficare digneris: ⁊ hui⁹
plebis tue que illas hono-
rifice i manib⁹ portare de-
siderat teqz cātādo lauda-
re: exaudias voces de ce-
lo scō tuo: ⁊ de sede maiestatis
tue: ⁊ ppiti⁹ sis oīib⁹
clamatib⁹ ad te: quos re-
demisti p̄cioso sanguine fi-
lii tui. Qui tecum viuit ⁊
regnat. Amen.

Omnipotēs sempi-
terne deus: qui ho-
dierna die enigenitū tuū

in vlnis sancti symeonis i
tēplo sancto tuo suscipien-
dū presentasti: tuā suppli-
ces deprecainur clemētiā
vt has cādelas quas nos
famuli tui in tui nois ma-
gnificētia suscipientes: ge-
stare cupim⁹ luce accēias
bene dicere: ⁊ sancti
ficare atqz lumine supne
bñdictōis accēdere digne-
ris: quaten⁹ eas tibi dño
deo nřo offerēdo digni: ⁊
sācto igne tue dulcissime
charitatis succēsi in tēplo
sancto glorie tue rep̄sen-
tari mercainur. Per eū-
dē dñm nřm. R. Amen.
Omne iesu Dio.
xp̄e lux vera q̄ illu-
minas omnē hominē ve-
nientē in hūc mūdū: effū
de bene dictiōnē tuā
sup̄ hos cereos ⁊ sancti
ficā eos lumine gracie tue
⁊ concede ppitiūs: vt sicut
hec luminaria igne visibī
li accensa nocturnas ḥpel-
lunt tenebras: ita corda
nostra invisibili igne: id
spiritus sancti splendore
illustrata

illustrata: omniū vītiorū cecitate careant: vt purgato mentis ocnlo eo cernē possimus que tibi sūt placa: & nostre salutis sūt vīlia quaten? post huius scī caliginosa discrimina: ad lucē indeficiētē peruenire meramur: per te iesu xp̄e salvator mūdi: q̄ in trinitate pfecta vīnis & regnas deus Per oia scīa scloz.

O R. Amen. **Rat̄io**
Omnipotens semperne d̄cūs q̄ p̄ moyſen famulū tuū purissimūz olei liquorē ad luminaria āte cōspectū tuū iugit p̄cīnanda p̄parari iussisti bene dictōis tue gratiam super hos cereos benign⁹ infūde: quaten? sic admistrent lumen exteri⁹: vt te donāte lumen spiritus tui nr̄is nō desit mētib⁹ interi⁹. p.

In vnitate. **R.** Amē. **oīo**

O Omie ihu xp̄e qui hōderna die in nr̄e carnis substantia inter homines apparēs: a parētibus in tēplo es p̄sentatus

quem symēō venerabilis sener lumīe sp̄ūs tui irradiat? agnouit: suscepit: ac bñdicit: presta p̄pitius: vt eiusdē sp̄ūs sci ḡea illumi nati atq̄z edocti: te veraci ter agnoscam⁹ & fideliter diligam⁹. Qui cū deo p̄ie in vnitate eiusdez sp̄ūs sci vīnis et regnas p̄ oia scīa scloz. **R.** Amē. **Bñdictio ne cōpleta aspergunt̄ can dele aqua bñdicta & adolent incenso: deinde duo frēs eas accēlas frībus in locis suis manētib⁹ distri buunt: & cū inceperint di stribuere a choro cātatur aī. Lumen ad reuelationes gentiuz & gloriām plebis tue isrl̄ps. Nūc dimittis. **Et ita** p̄ post quēlibet versuz ps. Nūc dimittis. p⁹. Glōria patri et Sicut erat. Re petū tota aī. **His cōpletis** cātatur aī. Exurge dñe adiuua nos & libera nos pro pter nomen tuum. **ps.** Deus auribus nostris audiūmus patres nostri anunciauerint nobis. **N.** Glōria p̄fī **Item****

In purificatione

Repe*t*itur an*n*. Erige d*ñe* meon a spiritu sancto: non vi
Deinde dicat sacerdos: surum se mortem: nisi visideret
Premus diacon*o*? Fle xp*m* d*n*: et cu*z* inducerent pu
etiamus genua. Leuate.
Exaudi q*s* d*ñe* v*l*nas suas et b*nd*ixit deum

Exaudi q*s* d*ñe* v*l*nas suas et b*nd*ixit deum
pleb*e* tu*a*: et q*z* extrin
secus annua tribuis devo
tione venerari: interi*o* ass*e*
qui gratie tue luce p*cede*
Per ip*z* R*e*. Am*e*. De
sde fit p*cessio* et cant*a* an*n*.

Ave gratia plena dei
genitrix virgo: ex te
enim ortus est sol iusticie: illu
mians qui in tenebris sunt le
tare tu senior: iuste suscipiens
in vlnis liberatorem anima
rum nostrarum: donatem no
bis resurrectione. **Alia an*n*.**

Adormi thalam*u* tu*z*
lyon et suscipe regem
xp*m*: amplectere marias que
est celestis porta: ipsa en*i* por
tat regem glorie: nono lumi
ne substitut*v*irgo adducens in
manibus filium ante lucifex
que accipies symeon i*n* vlnis
suis pdicavit populis: vite et
mortis d*n*m eu*z* esse et saluato
Rrez m*udi*. **Alia an*n*.**
Espousum accepit sy*z*

surum se mortem: nisi visideret
er*u* in templo accepit eum in
vlnas suas et b*nd*ixit deum
et dixit: N*u*c dimittis seru*z*
tu*z* d*ñe* in pace. **R**. Obtule
runt pro eo d*ño* paratur*z*
aut duos pullos columbar*u*
sicut scriptur*u* est in lege d*ño*
R. Postq*z* aut*e* impleti sunt
dies purgationis marie fin
legem moysi: tuler*u* eum in
hierusal*e* ut suster*et* eum d*ño*
Sicut scriptum e*z*. **Gloria**
patri. Sicut scriptum. **In
purificatione beate marie
virginis Introitus**

U*scipimus de*z* mi
sericord*ia* tu*a* i me
dio templi tui: fin
nomen tu*z* deus: ita et laus
tua in fines terre: iusticia ple
na est dextera tua. **R**. Ma
gnus dominus et laudabilis
nimis i ciuitate dei nostri in
monte sancto eius. **Gloria***

Omnipotens **D**io.
sempiterne de*z* ma
iestate tu*z* supplices ero
ramus: ut sicut unigenit*u*

fili⁹ tuus hodierna die cū
nostre carnis substātia in
templo est p̄sentatus: ita
nos facias purificatis tibi
mētibus p̄ntari. Per eū.

Lettio malachie pphete.

Hec dicit dñs **iii. c.**
de⁹: Ecce ego mī-
to angelū meū: et p̄para-
bit viā añ faciē meā: et sta-
tim veniet ad téplū sc̄m su-
um dñator quē vos q̄ritis
et angel⁹ testi quē vos vul-
tis. Ecce venit dicit dñs
exercituz: Et qs poterit
cogitare diē aduētus eius
Et qs stabit ad videndū
eū? Ipse enīz quasi ignis
p̄flans et quasi herba sul-
lonuz. Et sedebit p̄flans
et emūdās argentū et pur-
gabit filios leui. Et col-
abit eos quasi aurū: et quasi
argentū: et erunt dño offe-
rentes sacrificia in iusticia
Et placebit dño sacrificiū
iudia et bierusalem sicut di-
es seculi: et sicut anni anti-
qui. Dicit dñs omnipotens.
Brad. Suscepimus
deus misericordiā tuā in me

dio tépli tui sc̄dm nomen tu-
um deus ita et laus tua in fu-
nes terre. **N.** Sicut audi-
mus ita et vidimus in ciuita-
te dei nostri in monte sancto
eius al. **N.** Senex puerū por-
rabat: puer autē senē regebat:
Alla. **N.** Post partum virgo
inuolata permansisti: dei ge-
nitrix intercede pro nobis.

**Tractus sequēs dicitur si
hoc festū venerit post dñi
cā septuagesime. Tract⁹**

Nūc dimittis suū tuū dñe:
sc̄m verbum tuū in pace. **N.**
Quia viderunt oculi mei sa-
lutare tuū. **N.** Quod parasti
ante faciē omniū populoz.
N. Lumen ad reuelationem
gentiu⁹ et gloriā plebis tue
israel. **S**c̄dm lucā. **ij. ca.**

In illo.t. Postq̄ i-
pleti sūt dies purga-
tōi⁹ marie b̄z legē moyli:
tulerūt iesū i bierl̄z vt liste-
rēt eū dño: sic scriptū ē i le-
ge dñi: qz oē masclinū ad-
piēs vulnā sc̄m dño voca-
bit et vt darēt hostiā b̄z q̄
dēz ē i lege dñi par tutu⁹z
aut duos pullos colubaz.

Scōꝝ. xl. martyꝝ

Et ecce hō erat ī bierꝝ
cui nomē symeoꝝ: et hō iste
iust⁹ et timorat⁹ expectans
cōsolationeꝝ israel: et spūs
sanct⁹ erat ī eo. Et r̄nsum
aceperat a spū scō: nō vi-
surū se mortē: nisi p̄us vi-
deret xp̄m dñi. Et venit ī
spū ī tēplū. Et cū iduce-
rēt puerū iesū parētes ei⁹
vt sacerēt h̄m consuetudi-
nē legis p̄ eo: et ipse acce-
pit eū ī vlnas suas: et be-
nedixit deū et dixit: Nūc
dimittis seruum tuū dñe:
h̄m v̄bū tuū ī pace. Quia
viderūt oculi mei saluta-
re tuū. Qd̄ parasti ante fa-
ciē oculūz pploꝝ. Lumē ad
renelationē gētiūm: et glo-
riā plebis tue isrl. **Offcr.**
Diffusa ē grā ī labijs tuis p-
ptereā benedixit te de⁹ ī eter-
nū et ī seculū seculi. **Secr.**

Exaudi dñe preces
nostras: et vt digna
sint munera q̄ oculis tue
maiestatis offerim⁹ subsi-
diū nobis tue maiestatis
ipēde. **Per.** **Prefatio.**
Eterne deus. Quia p̄ in

carnati **Require i nativis**
tate dñi. Loio. Responsū
acepit symeon a spū scō nō
visurus se mortē: nisi videret
christum dñi. **Postcomu.**

Quesum⁹ oꝝ deus
nř: vt sacroscā my-
steria q.p repatiōis nostre
munimine p̄tulisti: itere
dēte btā maria sp̄ygine: et
p̄is nob̄ remediuū ec̄ faci-
as et futurū. **Per.** **In sc̄**
agathe martyris. In ro.

Audeamus omnes
ī dño diē festū cele-
brantes sub honore
agathe martyris: de cui⁹ pas-
siōe gaudent angeli: et collau-
dant filiū dei. **Ps.** Eructauit
cor meū verbū bonū: dico e-
go opa mea regiꝝ. **Gloria.**
O Eus q̄ int̄ ce **Dio.**
O tera potētie tue mi-
racula etiā ī seru fragili vi-
ctoriam martyrij cōtulisti
cōcede ppiti⁹: vt cni⁹ nata
litia colim⁹: p̄ ei⁹ ad te ex-
empla gradiamur: **Per**
Bia. Adiuuabit eā de⁹ vul-
tu suo: deus ī medio eius nō
cōmouebitur. **N. flumis ipē**

tus letificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum al-

tissimum. **Tract.** Qui seminat in lacrymis in gaudio me-

tet. **E**etes ibant et flebant

mittentes semina sua. **N.** Ue-

nictes autem veniet cum exultati-

one: portantes manipulos suos. **Offer.** Offerentur regi

virgines post eam: prime eius

Sofferent tibi. **Secre.**

Ascipe domine munera quae in sancte agathe martyris

tue solennitate deserimus cuius nos confidimus patroci-

nio liberari: per. **Loco.** Qui

me dignatus est ab omni plaga cu-

rare et mammillas meas meo

pectori restituere ipsum in quo-

co deum vivum. **Postco.**

Auxiliem nobis do-
mine sumpta my-
steria: et intercedente bea-
ta agatha martyre tua se-
piterna protectione confirmet.

Per. In sancti valenti-
ni presbyteri. **Introitus.**

A virtute tua domine
letabitur iustus: et super
salutare tuum exulta-
bit vehementer: desiderium aie-

eius tribuisti ei. **ps.** Omnes pue-
nisti eum in benedictionibus dul-
cedinis: posuisti in capite eius
coronam de lapide precioso.

N. Gloria patri. **Oratio.**

Desta quae opes deus
ut qui beati valenti-
ni martyris tui natalitia
colimus a cunctis malis et
minentibus eius interces-
sione liberemur. **Per.**

Bea. Beatus vir qui timet
dominum: in mandatis eius
cupit nimis. **N.** Potens in
terra erit semen eius: gene-
ratio rectorum benedicetur.

Tractus. Desiderium anime
eius tribuisti ei: et voluntate
labiorum eius non fraudasti
eum. **N.** Quoniam preueni-
sti eum in benedictionibus dul-
cedinis. **N.** Posuisti in capi-
te eius coronam de lapide pre-
cioso. **Offerto.**

In virtute
tua domine letabitur iustus: et su-
per salutare tuum exultabit ve-
hementer: desiderium anime
eius tribuisti ei. **Secreta.**

O Glatis quesumus
domine placare mune-
ribus: et intercedente beato

In cathedra sc̄i petri

valentino martyre tuo: a
cūct̄ nos defēde picul: p.

Colo. Qui vult venire post
me abneget semetipm: et tol-
lat crucē suā et sequatur me.

Sit nobis **Postco.**
dñe repatio mētis
et corporis celeste mysterii:
ut cui⁹ eremur actionem
sentiam⁹ effectū: p. **In ca-**
thedra sc̄i petri. Introit⁹

Tatuit ei dñs testa-
mentus pacis: et pri-
cipem fecit eum: vt
sit illi sacerdotij dignitas in
eternū. **ps.** Memēto dñe da-
uid et omnis mansuetudinis
eius. **Gloria.** **Oratio**

Deus q̄ beato petro
apostolo tuo collat⁹
clanib⁹ regni celestis ani-
mas ligādi atqz soluendi
potificiū tradidisti: conce-
de vt intercessiōis ei⁹ auxi-
lio a pctōz n̄oz neribus
liberemur. **Qui te.** **Et fit**
cōmemoratio d̄ sc̄o paulo
Deus qui multitudinez.
Requie infra i cōmemo-
ratione sancti pauli. Ep̄la
beati petri apli. j. caplo. j.

Dicit⁹ apostolus iesu
xpi electis aduenis
disperſiōis ponti: galatiae:
cappadocie: asye: et bity-
nie: km p̄scientiā dei p̄is
in sanctificationē sp̄is: in
obediētiaz et asperſionem
sanguinis iesu xpi grā vo-
bis et par a deo multipli-
cat. Benedict⁹ de⁹ et pat̄
dñi nostri iesu christi qm
magnā misericordiā sua
regenerauit nos i spem vi-
uam per resurrectionē ies-
su xpi ex mortuis in here-
ditatē incorruptibilez: et
marcescibilez: et incōtam-
natā: et cōseruata in celis:
in yobis qui in virtute dei
custodimini per fidem in
salutem paratam reuelar-
i s tēpore nouissimo. In
quo erubabit̄ modicum
nunc si oportet contrastari
in varijs tētationibus: vt
pbatio vestre fidei multo
preciosior sit auro qđ per
ignē probatur. Inuenia-
tur in laudē et gloriā et bo-
norē in reuelatiōe dñi no-
stri iesu xpi. **Gloria Exaltent**

en in ecclesia plebis: et in cathedra seniorum laudent eum
X. Confiteant dominum misericordie eius: et mirabilia eius filii hominum.
Tractus. Tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam.
X. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam: et tibi dabo claves regni celorum.
X. Quodcumque ligaueris super terram: erit ligatum et in celis.
X. Et quodcum solueris super terram: erit solutum et in celis.
Evangeli um. Venit Iesus in partes cesaree philippi.
Requie re in seculo apostolorum p. petri et pauli.
Offerto. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam: et porte inferi non preualebunt aduersus eum: et tibi dabo claves regni celorum.
Secreta.

O Eccliesie tue quae domine preces et hostias beatissimi petri apostoli tui comedet oratio: ut quod per illum gloria celebramus nobis prospicit ad veniam. Per.
Colo Tu es petrus et super hanc petram edificabo eccle-

siam meam. **Postcomu.**
L Etificet nos dominus munus oblatum: ut sic in apostolo tuo petro te mirabile predicamus: sic per illum tue sumiam indulgentie largitatem. Per. **In sancti matthei apostoli. Oratio**
O Deus qui beatum matthiam apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue quae: ut ei intercessione tue circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per.
Ecclesiastis apostolorum i.e.
I In diebus illis: Exurgens petrus in medio fratrum dicit: Uiri fratres oportet ipsi scripturam quam predixit spiritus sanctus per os dauid: de iuda qui fuit durus eorum: qui coprebederunt Iesum: qui conumeratus erat in nobis: et sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniqtatis et suspensus crepuit medi et diffusa sunt ossa viscera eius. Et notum factum est omnibus habitatibus hierusalem: ita ut

De scā agata virgi.

appellaret ager ille signa
eoz acheldemach: hoc ē
ager sanguis. Scriptū est
enī in libro psalmoz: Si-
at habitatio eius deserta
et nō sit qui habitet i ea: et
episcopath ei⁹ accipiat al-
ter. **O** ergo ex his viris
q nobiscū sunt congregati
in oī tpe: quo itrauit et ex-
iuit inter nos dñs iesus: in
cipiēs a baptisme iohā-
nis vsqz in diem qua assū-
ptus ē a nobis testē resur-
rectionis ei⁹ nobiscū fieri
vnū ex istis: Et statuerūt
duos: ioseph q vocat bar-
sabas: qui cognominatus
est iustus: et mathiam. Et
onorantes dixerunt: Tu
dñe qui corda nosti oīum
ostēde quē elegeris ex his
duobus vnū accipe locuz
ministerij hui⁹ et apostola-
tus: de quo preuaricat⁹ ē
iudas: vt abiret in locum
suum. Et dederunt sortes
eis: et cecidit sors sup ma-
thiaz. Et annumeratus ē
cum vñdecim apostolis:
Enāgeliū: Confiteor tibi

dñe pater celī et terre **R**e-
quire in cōi plurimorum

H martyru. **Secreta.**

Ostias dñe quas no-
mīni tuo sacrandas offe-
rim⁹: sc̄i mathie psequa-
tur oīo: p q̄s nos et expia-
ri facias et defēdi. **postcō.**

Resta q̄s oipotens
deus: vt per hec scā
que sūplimus interueniē-
te beato mathia aposto-
lo tuo veniā cōsequamur
et pacē. p. **In sanctarum**
martyru perpetue et felici-
tatis Oīo. Da nobis q̄su-
mūs dñe deus noster. **tc.**

Require in cōi virginum
In sanctorū quadragin-
ta martyrum Oīatio.

Resta q̄s op̄s deus
vt q̄ gl̄iosos marty-
res sortes in sua p̄fessione
cognouim⁹: piōs apud te
in nostra int̄cessiōe sentia-
mus. **P**er. **Secreta.**

Sacrificijs p̄ntib⁹ do-
mine q̄s intēde pla-
catus et intercedentib⁹
scis tuis: deuotioni nostre
p̄ficiat et saluti. **P**er do-

Quesum⁹ postcō.
O ipotēs de⁹: vt illi⁹
salutaris capiam⁹ effectū
cui⁹ p̄ hec mysteria pign⁹
accepimus.p. In san-
cti gregorij pape et conse-
soris Introitus.

Acerdotes dei bñ
dicte dñm: sancti
et hñiles corde lau-
date deū. **ps.** Benedicite oia
opera dñi dño: laudate et sus-
perexaltate eū in secula. **X.**

D Gloria Oratio.
Eusqui aie famuli
tui gregorij eterne beatifi-
tudinis p̄mia p̄tulisti: con-
cede ppitius, vt qui pctōrū
nostrorū pondere premi-
mur: eius apud te p̄cibus
subleuemur.p. Epistola

Testificor corā deo. **Req-**

re in cōfessorū. Brad.
Juravit dñs et non penitebit
eum tu es sacerdos in eternū

in ordinem melchisedech.

X. Dicit dñs dño meo: sede
a dexteris meis. **Tractus.**

Btus vir q̄ timet dñs i man-
datis eius cupit nimis. **X.**

Mortens in terra erit semen

eius generatio rectoꝝ bene-
diceſ. **X.** Gloria et diuitie do-
mo eius et iusticia ei⁹ manet
in sc̄l⁹ seculi. **Iste tractus**
supra dict⁹ vel tract⁹ Desi-
deriū alii me qui habet su-
pra in festo sci valētini dī
in festo vni⁹ sci a septuage-
simā vsq; ad quartā feriā
maioris hebde: nisi p̄pri⁹
assignet. vel nisi sit festum
alicuius sc̄e in quo dicitur
tractus. Audi filia. qui ha-
bet infra in annunciatione
btē marie. In festo plu-
rimorū martyrū dicit tra-
ct⁹. Qui seminat. Qui ha-
betur in festo sc̄e agathe.
Euāgeliū: Vos estis sal-
terre. Require in cōi vni⁹
p̄fessoris p̄tificis. **Offe.**
Ueritas mea et misericordia
mea cum ipso: et in nomine
meo exaltabitur cornu eius.

Annue no- **Secre.**
bis q̄sumus domine
vt intercessione beati gre-
gorij hec nobis proſit ob-
latio: quam imolando to-
tius mundi tribuisti rela-
xari delicta. **Per.** **Clo.**

In sc̄i bñdicti abbatis

fidelis seruus & prudēs quē
cōstituit dñs sup familiā suā
vt det illis i tpe tritici mēsu-

D̄**L**̄**eu**s **P**ostcō. rā.
q̄ beatū gregorium
pōtificē tuū sc̄oꝝ tuorꝝ me
ritis coequast̄: cōcede ppi
tius: vt q̄ cōmemoratiōis
ei⁹ festa p̄colimus: vite q̄z
imitemur exempla. **P**er
In sancti benedicti abba
tis. **I**ntroitus.

Siūsti meditabitur
sapientiaꝝ: & lingua
eius loquet̄ iudicium: lex dei
eius in corde ipsius. **P**er. **M**o
li emulari in malignantibus
neq̄ zelanteris faciētes iniq
tatem. **X** Gloria. **O**ratio.

Tercessio nos q̄s
dñe beati benedicti
abbatis cōmendet: vt qđ
nostris meritis non vale
mus eius patrocinio asse
quamur. **P**er. **G**radu.
Dñe puenisti eū i benedictio
nib⁹ dulcedinis: posuisti i ca
pite ei⁹ coronā de lapide pre
cioso. **X** Utam petijt a te et
tribuisti ei: lōgitudinē dieꝝ i
seculū seculi. **D**ictū gradu

ale & tractus sequēs nō tñ
cānt̄ si hoc festum post pa
scha celebraſ: s̄ dicantur
duo allā. de cōi vniuersan
eti a pascha usq̄ ad pen
the. **T**ractus. Beat⁹ vir q̄
timet dñm i mādatis eius cu
pit nūmis. **X** Potes i terra
erit semē ei⁹ generatio recto
rum benediceſ. **X** Gloria &
diuitie i domo ei⁹: et iusticia
eius manet i seculum seculi.

Offert. In virtute tua dñe
letabiſ iust⁹ & sup salutare tuū
exultabit vehemēt desideriū
iae eius tribuisti ei. **S**ecū.

Sacris altarib⁹ dñe
hostias suppositas:
sanct⁹ benedict⁹ q̄s in sa
lutē nobis puenire depo
scat. **P**er. **C**oio amē di
co vobis q̄ vos qui reliqui
stis oia & secuti estis me: cētu
plū accipietis et vitā eternā
possidebitis. **P**ostcōmu.

Rotebat nos dñe
cū tui pceptōe sacri
beat⁹ benedict⁹ abbas p
nobis itercedēdo: vt con
uersatiōis ei⁹ experiamur
isignia: p. **N**otādūz p de

festis q̄ veniūt post feriam
quartam maioris hebdo-
made: vslqz ad feria secū-
dā vslqz ad octauā pasche
nihil tūc fit: s̄z post octauā
celebrant: & ni fine cuiusli-
bet itroit: offerēde: & co-
munonis adiungit Allā.

Et hoc idē obserual in oi-
b⁹ festis q̄ celebrant int̄ pa-
scha & penthe. In annun-
ciatione beate marie vir-
ginis. **Introitus.**

Ultū tuū depreca-
byntur omnes diui-
tes plebis adducētur regi vir-
gines post eā: prime eius ad
ducent̄ tibi in leticia et exulta-
tione. **Ps:** Eructauit cor meū
verbū bonū dico ego opera
mea regi. **X.** **Gloria.** **O.**

O Deus q̄ de btē ma-
rie viginis vterover-
bū tuū angelo nunciante
carnē suscipe voluisti: p̄sta
supplicib⁹ tuis: vt q̄ vere
eā dei genitricē credimus
eius apud te intercessiōni
b⁹ adiuuenur. Per eū.
Lectio esiae pp̄le Locus-
tus est dñs ad achaz. **Re-**

quire in. iiii. feria. iiii. tépo-
rū de aduentu. **Bra.** Dis-
fusa est ḡfa in labijs tuis pro-
pterea bñdixit te deus in eter-
nū. **V.** Propter veritatem &
māsuetudinē & iusticiā et de-
ducet te mirabiliter dextera
tua. **Dictū graduale & tra-**
ctus sequēs: non dicunt si
hoc festū celebrat̄ post pa-
scha: sed dicunt duō Allā.
videlicet Allā. **X.** Ave ma-
ria ḡfa plena dñs tecū: bñdi-
cta tu i mulieribus. Allā. **X.**

Virga iesse floruit: virgo de-
um & hoīes genuit: pacē de-
reddidit in se recōciliās ima-
sumis. **Tractus.** Audi filia
& vide: & inclina aurē tuā qm̄
peripuit rex speciē tuam. **X.**
Ultū tuū deprecabunt̄ oēs
divites plebis filie regum in
honore tuo. **X.** Adducentur
regi virgines post eam: pro-
prime eius offerentur tibi. **X.**
Adducentur in leticia & exul-
tatione: adducent̄ in templū
regis **Eūageliū.** **A**disslus
est angelus gabriel. **R**eq-
re i feria quarta quattuor
téporū de aduētu. **Ofer.**

In iu^{en}tio^e sc̄e crucis.

Ave maria grā plena dñs te
cū:bñdicta tu i mulieribus &
benedictus fruct^o vētris tui.

Inris q̄s dñe vere si-
dei sacra p̄firma: vt q̄ con-
ceptū de v̄gine deū vez &
hoiez p̄tēmūr: p̄ eiusdez
salutifere resurrectōis po-
tentia ad eternam mera-
mur puenire leticiā: p̄ eū.

Loio. Ecce v̄rgo concipiet
& pariet filiū & vocabitur no-
mē ei^o emmanuel. **Postcō.**

Gratia tua dñe mē-
tib^o n̄ris ifunde: vt
q̄ angelo nūciante r̄pi filij
tui incarnationē cognoui-
mus: p̄ passionē ei^o & cru-
cē ad resurrectōis gloriā
p̄ducamur: p̄ eū. **In sc̄oꝝ**
martyrū tyburtij valeria-
ni & maximī. **Introitus.**

Ancti tui dñe bñdi-
cēt te: gloriaꝝ regni
tui dicent all'a. **Ps.**

Eraltabo te de^o me^o rex & bñ-
dicā noi tuo i sc̄lm & i seculū
seculi. **P.** **Gloria.** **Oratio.**

Desta q̄s op̄s de^o:
vt qui sanctoꝝ mar-

tyrū tuorū tyburtij valeri-
ani & maximī solēnia coli-
mus: eorum etiam virtu-
tes imitemur. **Per.** all'a

P. Gaudete iusti in dño re-
ctos decet collaudatio al'. **P.**

Sancti tui dñe florebunt si-
cut liliū: & sicut odor balsa-
mi erunt ante te. **Offerto.**
Letamini in domino & exul-
tate iusti: et gloriamī omnes
recti corde all'a. **Secreta.**

Hec hostia q̄s domi-
ne quā i sc̄oꝝ tuorū
natalitijs recēsentes offe-
rim^o: & vincula nře prau-
tatis absoluat: et tue nob̄
misericordie dona sc̄ilicet.
Per. **Loio.** Gudete iusti
i dño all'. rectos decet collau-
datio alleluia. **Postcom.**

Sacerdo munere satia-
ti supplices te dñe
dep̄camur: vt qđ debite
seruitutis celebram^o offi-
cio: salvationis tue sentia-
mus augmētū. **Per.** **Si**
p̄dictū festū i quadragesi-
ma celebrat fit officiū de-
cōi martyrū. **In sc̄i geo-**
giꝝ martyris. **Introitus.**

Rotexisti me deus
a cōuentu malignā
tium all'a a multitu
dine operantiū iniquitatem:
all'a all'a **ps.** Eraudi de^o ora
tionē meā cum deprecor a ti
more inimici eripe animam
meam. **v.** Gloria. **O**ratio.

O Eus q nos bti ge-
orgij martyris tui
meritis et intercessione letifi-
cas: Hecede p̄piti^o: vt q ei^o
b̄ficia poscim^o: dono tue
ḡre cōseqm^our: p. All'a. **v.**
Confitebuntur celi mirabilia
tua dñe: etenī veritatem tuā
i ecclesia sanctoruz. All'a. **v.**
Beatus vir q suffert tētatio-
nē: qm̄ cū pbat^o fuerit accipi
et coronā vite. **O**ffer. Con-
fitebuntur celi mirabilia tua
dñe: et veritatem tuā i ecclē-
sia scōz all'a all'a. **S**ecreta

Munera dñe oblata
scifica: et intercedēte
bto georgio martyre tuo:
nos p hec a petōrū n̄oz
maculis emnuda. **P**er.

Lolo Letabim̄ iust^o i dño: et
spabit^o eo: et laudabunt^o oēs
recti corde al. al. **P**ostcō.

Applices te roga-
mus op̄s deus: vt
quos tuis reficis sacramē-
tis: intercedēte bto geor-
gio martyre tuo: tibi etiā
placatis morib^o dignāter
tribuas deseruire. **P**er.

Officiū misse de letanijs
ante vigiliam ascensionis
posituz fiat eo tēpore quo
fit in terris in quibus frēs
morātur. In sancto mar-
co euāgelista. **I**ntroitus.
Proterixisti me de^o. **R**egre
infra i festo vni^o sancti int̄
pascha et penthe. **O**ratio

O Eus q btm̄ marcū
euāgelistā tuū euā-
gelice p̄dicationis gratia
sublimasti: tribuc q̄s eius
nos sp et eruditioe pficere
et oratiōe defendi. **P**er.

Ep̄ta Similitudo vult^o.
Regre in cōi apostolorū.
Euangeliū. Designauit
dñs. Require in cōmuni

Beatū marci euāgeli-
ste tui solēnitate tibi dñe
munera deferētes: q̄s vt
sicut illū predicatio euā-

In sc̄i vitalis mar.

gelica fecit gloriosum: ita
nos ei⁹ intercessio z verbo
et opere tibi reddat acce-
ptos. **P**er. **P**refatio dī
de aplisyl de pascha post

Tribuant nob̄ cō.
q̄s dñe cōtinuū tua
scā p̄ficiū q̄ bti marci euā
gelistē tui precib⁹ nos ab
oib⁹ sp̄ tueant adūsis. p.

In sc̄i vitalis. mar. **I**ntr.

Rotexisti me de⁹ a
cōuentu malignan-
tium allā:a muleitu
dine opātiū iniqtatē allā al.
ps. Eraudi de⁹ oronez meā
cū dep̄cor: a timore inimici
eripe aiam meaz. **X.** **Gloria**

DResta q̄s ōps **O**io.
de⁹ vt intercedente
btō vitale martyre tuo: z
a cūctis aduersitatib⁹ libe-
remur in corpore: z a pra-
uis cogitationib⁹ munde-
mur in mente. p. **Alla:** **X.**
Confitebuntur celi mirablia
tua dñe etenim veritatē tuaz
in ecclesia sc̄oz. **Alla.** **X.** **Do**
suisti dñe sup̄ caput eius coro
nā de lapide p̄cioso. **Offer.**
Repleti sum⁹ mane misicor-

dia tua z exaltauimus z de-
lectati sumus allā. **Secre.**

Actu tuo dñe nřa de
uotio: z ei⁹ nobis fiat sup̄
plicatē salutaris p̄ cuius
solēnitate deserit:p. **Eoio**
Ego suz vitis vera z vos pal-
mites q̄ manet i me: z ego in
eo: hic fert fructum multum

Rallā allā. **Postcō.**
Effecti pticipatione
muneris sacri q̄s dñe de⁹
nř: vt cui⁹ ereqmur cultū
sentiam⁹ effectū. per **In**
sc̄oz apostoloz philippi z
Iacobi Introitus.

Xclamauerunt ad
te dñe i tpe afflicti
onis sue et tude ce
lo exaudiisti eos allā al. **ps**

Exultate iusti in dño rectos
decet collaudatio. **X. Glia.**

Desus q̄ nos **O**io.
Dānia ap̄loz tuoz
philippi z iacobi solēnitā-
te letificas: presta q̄s: vt
quoz gaudem⁹ meritis in-
struamur exēplis:p. **Epi**
stola. Stabūt iusti. **Reg-**
re in cōi mar. post pascha

Alla. **C**onfitebuntur celi mirabilia tua dñe: etenim veritatem tuam in ecclesia scōꝝ alla
Tanto tpe vobiscū suz et nō cognouisti me: philippe qui videt me videt et patrem.

Scōꝝ ioh̄em. p̄ij. caplo.

In illo tpe: Dicit Iesus discipulis suis
Nō turbet cor vñm neqz formidet. Creditis ī deū et in me credite. In domo p̄is mei mansioes multe sūt. Siq̄ min⁹ dirissez vobis qz vado pare vobis locū. Et si abiero et p̄para uero vobis locū iterū veniam et accipiam vos ad me ipsū: ut vbi sū ego et vos sitis. Et q̄ ego vado scitis et viam scitis. Dicit ei thomas: Dñe nescimus quo vadis. Et quō possimus viam scire. Dicit ei Iesus Ego suz via vitas et vita. Nemo venit ad p̄ez nisi p̄ me. Si cognouisset̄ me et p̄ez mesū vtqz cognouissetis: et amodo cognoscetis eū et vidistis eū. Dicit ei philipp⁹ Dñe oñde no-

bis p̄ez sufficit nob̄. Dicit ei Iesus: Lāto tpe vobiscū suz et nō cognouisti me? Philippe qui videt me: videt et p̄ez mesū: quō tu dicis oñde nobis p̄ez: Nō credis qz ego in p̄ez p̄ in me est? Herba que ego loquor vob a me ipso nō loqr. P̄t aut̄ ī me manēs ipse facit opa Nō creditis qz ego in p̄ie et p̄ in me est. Alioquin propter opera ipsa credite. Amen amē dico vobis: qz q̄ credit in me: opa q̄ ego facio et ipse faciet: et maiora horū faciet: qz ego ad patrem vado. Et quodcūqz petieritis p̄ez in noīe meo hoc faciam. **Offerto.** Confitebunt celi mirabilia tua dñe et veritatem tuam in ecclesia scōꝝ alla. alla.

Secreta.

Muneradñe que pro apostolorū tuorum philippi ⁊ iacobi solēnitate deferim⁹: p̄petius suscipere et mala oia q̄ meremur auerte. p̄ **Prefatio dī de aplis v̄l de pascha. Loio.**

Tāto tēpore vobiscū sū & nō cognouisti me: philippe qui videt me videt & patrem allā non credis q: ego in patre et pater in me est. alleluia allā.

Quesum⁹ dñe postcō
salutaribus repleti mysterijs: vt quorū solennia celebram⁹ eoz oroni-
b⁹ adiuuemur. Per In-
suetōe sc̄e crucis Intro.

Os āt gloriari oportet in cruce dñi no-
stri iesu xp̄i: in quo ē
sal⁹ vīta: resurrectio n̄a per
quē saluati & liberati sumus
allā. allā. **p** Deus misereat
n̄i & bñdicat nobis: illūinet
vultū suū sup nos et misere-
tur nostri. **v.** Glā Dio.

Deuſ q in p̄clara sa-
lutifere crucis iuen-
tione passionis tue mira-
cula suscitaſti: concede ut
vitalis ligni p̄cio: et ne vi-
te suffragia consequamur
Qui vi. Ep̄a ad philippē

Ratres ses.ij.c.
Hoc enī setire si vo-
bis quod & in christo iesu.
Quere supra dñica i pal-

mis. Allā. **v.** Dicite in gen-
tib⁹ qr dñs regnauit a ligno
allā. **v.** Dulce lignuꝝ dulces
clauos: dulcia ferens ponde-
ra: que sola fuisti digna susti-
nere regem celorum & dñm.
Scđm iohannē.ij. capro

In illo.t. Erat ho-
mo ex phariseis ni-
chodem⁹ noīe p̄nceps iu-
deoz. Hic venit ad iesuꝝ
nocte & dixit ei: Rabbi sci-
mus qr a deo venisti ma-
gister. Nemo enī pōt hec
signa facere q tu facis nisi
fuerit deus cū eo. R̄ndit
ihs & dixit ei: Amen amē
dico tibi nisi qs nat⁹ fuerit
denuo nō pōt vidē regnū
dei. Dixit ad eū nichode-
m⁹: Quō pōt hō nasci cū
fit sener: Nūqd pōt in vē-
trē matris sue iterato in-
troire & renasci: Respon-
dit iesus: Amē amē dico
tibi nisi qs renat⁹ fuerit ex
aqua & spū scō: nō pōt in-
troire i regnū dei. Qd na-
tū est ex carne caro est. et
qd natū ē ex spiritu spirit⁹
est non mireris quia ego
dixi

dixi tibi: oportet vos na-
sci denuo: Spūs vbi vult
spirat & vocē ei⁹ audis: s̄i
nō scis vnde veniat: aut q̄
vadat. Sic ē oīs q̄ natus ē
ex spū. Respondit nicho-
dem⁹ & dixit ei: Quō pos-
sunt hec fieri? Respondit
iesus & dixit ei: Tu es ma-
gister i isrl & hec ignoras:
Amē amen dico tibi: q̄
qd scimus loquimur: & qd
vidimus testamur: & testi-
moniū nostrū nō accipitis
Si terrena diri vobis et
nō creditis: quō si dixeris
vob celestia credetis? Et
nemo ascēdit in celuz: nisi
q̄ descendit de celo filius
hois q̄ est in celo. Et sicut
moyses exaltauit serpen-
tez in deserto: ita exaltari
oportet filiū hois: vt oīs
q̄ credit in ipsū nō pereat
sed habeat vitam eternā.
Eredo. **Offe.** Dextera do-
mini fecit virtutem: dextera
dñi exaltauit me: non moriar
sed viua et narrabo opa dñi

S alleluia. **Secreta**
Acrificiū dñe qd ti-

bī imolam⁹ placat⁹ inten-
de vt ab oī nos eruat bel-
lorū negotia: et p verillum
sancte crucis filij tui ad cō-
terēdas aduersariorū insi-
dias nos i tue ptectionis
securitate cōstituat. Per
eundē. **Prefatio.** Etne
de⁹: Qui salutē hūani ge-
neris **Loio:** Per signū cru-
cis de iūnicis n̄is libera nos

R de⁹ n̄ allā. **postcō.**
Epleti alimonia ce-
lesti: & spiritali poculo re-
creati q̄s ōps deus: vt ab
hoste maligno nos defē-
das: quos p lignū scē cru-
cis filij tui armis iusticie p
salute mundi triumphare
iussisti. per eū. **In scōrum**
martyriū alerātri euentij
theodoli atq̄ iuuenalis.

P Resta q̄s ōps **oīo.**
de⁹: vt q̄ scōr tuoz
alexandri: euentij & theo-
doli atq̄ iuuenalis nata-
litia colim⁹: a cūctis ma-
lis iminentib⁹: eoꝝ inter-
cessionib⁹ liberemur. per

S Uper has **Secre.**
hostias dñe benedi

ctio q̄s copiosa descendat
q̄ et sanctificatione nobis
clementē opeſ: et de mar-
tyruſ ſolēnitate nos letiſ-
tet. Per Postcommu.

R Efecti ptiicipatione
mūeris ſacri q̄s do-
mine de⁹ n̄ vt quoz ereq-
mur cultū: ſentiam⁹ eſſe-
ctū. Per In ſci iohānis
aī portā latinā Introitus.
Proteriſti me de⁹ Regre-
ſi coi vni ſci iter paſcha et
penthecoſtes. **Oratio.**

D Eus qui conſpiciſ:
qz nos vndiqz ma-
la n̄ra pturbant: pſta qz:
vt bti iohānis apli tui ini-
ceſſio glorioſa nos prote-
gat. p Epifola. Stabūt
iusti Requie in cōmuni
martyr Post paſcha. Euā-
gelū. Accessit ad iesum
mat filioz zebedei. Req-
re infra in feſto ſci iacobi

Q maioris. Secreta
Aneribus nr̄is qz
dñe p̄cibusqz ſuceptis: et
celeſtib⁹ nos mūda myſte-
rijs et clemēter eraudi. p
Prefatio de aplis vel de

R pascha. Postco.
Efecti dñe pane ce-
leſti ad vitā qz nutriamur
eternā. Per In inuētoſ
ſci michaelis fit officiuſ ſi-
cut in dedicatiōe eiusdem
excepto q̄ p̄ter miſſo gra-
duali dicuntur duo. Alla.
In ſcoz martyruſ gordia-
ni et epimachi Introitus.

Aucti tui dñe bene-
dicent te gloriā re-
gni tui dicēt all. ps
Exaltabo te de⁹ me⁹ rex et be-
nedicā noi tuo in ſclm et iſclz
ſclī. **X. Gloria. Oratio.**

D A qz oſps de⁹ vt q̄
btōz martyr tuorū
gordiāi atqz epimachi ſo-
lēnia colim⁹: eoꝝ apud te
intercessiōib⁹ adiuuemur
Per. Alla. **X. Exultabunt**
ſci i glia letabūt in cubilibus
ſuis. Alla. **X. Preciosa in cō-**
spectu dñi mors sanctoz ei⁹.

Oſſer. Adirablis deus in
ſciſ ſuis deus iſrl' ipſe dabit
virtutē et fortitudinem plebi
ſue bñdict⁹ de⁹. Al. **Secre.**

H Ostias tibi domic
beatorū martyrum

tñorum gordiani atqz epi
machi dicatas meritis be-
nign' assūme: et ad ppetuū
nob̄ tribue puenire subsi-
diūm. **P**er **L**olo. Justo-
rum anūme in manu dei sunt
et nō tanget illos tormentum
malicie: vñsi sit oculis insipi-
entium mori: illi autē sunt in
pace allā. **P**ostcom.

Quelsumus oipotēs
de⁹ vt q̄ celestia ali-
menta percepimus: inter
cedētib⁹ sanctis tuis gor-
diano et epimacho: p̄ hec
atra omnia aduersa mu-
niamur. **P**er **M**otandū
P in festiuitatibus sequē-
tibus vsqz ad festū sc̄i an-
tonij q̄ possunt cadere vel
celebrare an pentb. vñ p⁹
si ante pentb. celebrantur
pretermisso graduali duo
Alla. cantat. Si aut̄ post
pentb. celebrant cum gra-
duali dicit vnum **A**lla. **C**m
quis in aliqua dictarum
festiuitatum plura **A**lla.
ponantur. In sanctorum
mar. nerei et achillei atqz
pancracijs **I**ntroitus

Cee oculi dñi super-
timentes eu: speran-
tes in misericordia
eius allā: vt eripiat a morte
alias eoz qm̄ adiutor et prote-
ctoris est allā allā. **P**s. Ex-
ultate iusti in dñō rectos de-
cet laudatio. **G**loria p̄f.
SEmp nos **O**ratio.
Sdñe martȳ tuorū
nerei achillei atqz panca-
tij soueat q̄s beata solēni-
tas: et tuo dignos reddat
obsequio. p. **A**lla. **B**au-
dete iusti in dñō rectos decet
collaudatio. **A**ll. **T**e mar-
tyrū candidatus laudat exer-
citus dñe. **O**ffer. Confitebū-
tur celi mirabilia tua domie
et veritatē tuā in ecclesia sc̄oꝝ
alelluia allā. **S**ecrēta.

Sanctorū tuorum q̄s
dñe nerei et achillei
atqz pancracij tibi ḡta sit
d̄fessio: q̄z numera nřa cō-
mēdet et tuā nob̄ indulgē-
tiā sp̄ imploret. p. **L**olo.
Baudete iusti i dñō allā: re-
ctos decet collaudatio allā.
Quelsum⁹ dñie **P**ostco-

Vit btōꝝ tuorū nerei

z adhuc: atq; pacratiū de
p̄catiōib⁹: sacramenta scā
q̄ sumpsim⁹ ad tue nob p-
ficiat placatiōis augmētū

Per. **I**n festo sancti ber-
nardini cōfes. **I**ntroitus.

Audeam⁹ oēs i do-
mino diē festū cele-
brantes sub honore
bti bernardini: de cui⁹ solēni-
tate gaudent angeli ⁊ collau-
dāt filiū dei alla. **Ps.** Exulta-
et pticipatio celestis idul-
ta cōiuīj & depcatio colla-
ta scōrū. p. **In dedicatio-**
ne sc̄i michaelis Introit̄

Benedicte dominus
omnes angeli eius
potentes virtute q

facitis verbū eius ad audiēn-
dum vocem sermonum eius.

ps. Benedic anima mea do-
mino & omnia que intra me
sunt nomini sancto eius. **x.**
Gloria patri. **Oratio.**

Domine qui miro ordi-
naria: hominūqz dispensas
concede propitiūs: vt qui
bus tibi ministratibus in
celo semper afflīt ab his
in terra vita nostra mūia-
tur. **Per.** **Lectio libri**

Apocalypsis bti iohānis

In dieb⁹ illis: Si-
gnificauit de⁹ q̄ oportet si-
erū cito loquēs p̄ angelum
suū suo suo iohāni: qui te-
stimonū perhibuit verbo
dei: & testimoniz iesu r̄pi
quecūqz vidit: Etūs q̄ le-
git & q̄ audit verba p̄phe-
tie huius & seruat ea que i
ea scripta sunt: Tempus
enī p̄pe est. Iohānes septē
ecclesijs que sunt in asia:
Gratia vobis & pat ab eo
q̄ ē et qui erat & q̄ ventur⁹
est. Et a septē spiritibus

De scō michaële archāgelo

qui in cōspectu throni ei⁹
sūt: ⁊ a iesu xp̄o q̄ est testis
fidelis primogenitus mor-
tuoz ⁊ princeps regū terre
Qui dilerit nos. Et lauit
nos a peccatis nostris i sā
guine suo.

Benedic dom̄ oēs angeli eius po-
tētes virtute q̄ facitis verbūz
eius.

Dīnic alia mea do-
minū: ⁊ oīa interiora mea no
mē sc̄m eius. Alla.

Sācte
michael archangele defende
nos i p̄lio vt non peream⁹ in
tremendo iudicio. Alla.

Lōcusūz est mare et contre
muit terra: vbi archangelus
michael descendebat de ce-
lo. Alla.

Qui fecit angelos
suos spiritus: ⁊ ministros su
os flammam ignis.

Sed m̄arbeum. xvij. capitulo

Thillo tempore Ac
cesserūt discipuli ad
iesū dicētes: Quisputas
maior est in regno celoz.
Et aduocās iesus p̄nuluz
statuit eū in medio eoꝝ et
dirit: Amē dico vobis: ni
si cōuersi facritis ⁊ efficia-
mini sicut paruuli nō itra-

bītis i regnū celoz. Quis
cūqz ergo hūliauerit se si
cut paul⁹ iste: hic maior ē
in regno celoz. Et qui su
sceperit vnū parvulū talē
in nomine meo me susci-
pit. Qui aut̄ scādalizaue-
rit vnū de pusillis istis q̄ i
me credunt: expedit ei: vt
suspedat mola asinaria in
collo eius: ⁊ demergat in
pſūdū maris. Veb mun-
do a scādalīs. Necesse est
enī ut veniant scandala
Aerūtamē veb hoī illi p
quē scandalum venit. Si
aut̄ man⁹ tua v̄l̄ pes tuus
scandalizat te abscide eūz
⁊ p̄ijcie abs te. Bonūz ē
tibi ad vitā ingredi debi-
lem vel claudūz: q̄ duas
man⁹ vel duos pedes ha-
bentem mitti in ignē eter-
nū. Et si oculus tuus scā-
dalizat te: erue eū ⁊ p̄ijce
abs te. Bonū est tibi cuī
vno oculo in vitaz intrare
q̄ duos oculos habentez
mitti in gehennam ignis
Aidete ne cōtēnatis vnuꝝ
ex his pusillis. Dico enīz
vobis

vobis q̄r angeli eoz sp̄ vi-
dent faciē patris mei q̄ in
celis est. **Offer.** Sretit an-
gelus iuxta arā tēpli hadens
thuribulū aureū in manu sua
et data sunt ei incensa multa
et ascendit fumus aromatum
in cōspectu dei all'a. **Secre.**

Hostias tibi dñe lau-
dis offerim⁹ suppli-
citer deprecātes: vt easdē
angelico pro nobis iterce-
dente suffragio: et placat⁹
accipias: et ad salutē nřaz
puenire pcedas. p. **Loio.**
Bñdicte oēs angeli dñi do-
minū hymnū dicite et sup ex-
altate eū in scl'a. **Postcom.**

Beatī archageli tui
michaelis itercessi-
one suffulti: supplices te
dñe de pcamur: vt qđ ore
psequimur cōtingam⁹ et
mēte. p. **In sc̄i hierony-
mi presbyteri Oratio.**

O Eus q̄ ecclesie tue
in exponēdis sacris
scripturis: beatū hierony-
mū gloriosū pcessore tuu⁹
doctorē maximū et electu⁹
puidere dignat⁹ es: psta

q̄s: vt eiusdē suffragatib⁹
meritis: quod ore simul et
ope docuit: te adiuuante
exercere valeam⁹. **Per.**

Onus cele **Secre.**
Ostib⁹ q̄s dñe libera
nos tribue mente inserui-
re vt munera q̄ deferimus
intercedente btō hierony-
mo cōfessore tuo: et mede-
lā nobis operen⁹ et gloriā

R Epleti alimonia ce-
lesti q̄s dñe vt intueniēte
btō hieronymo cōfessore
tuo misericordie tue gra-
tiā pseq mereamur **Per.**
In sc̄i francisci cōfessoris.

Audea **Intro.**
mus oēs in dño diē
festū celebrātes sub
honore beati francisci de cu-
ius solēnitate gaudent ange-
li et collaudant filiu⁹ dei. **ps.**
Exultate iusti i dño rectos de-
cet collaudatio. **N. Gloria.**

Sed infra octauā dicitur
Os iusti meditabitur sapiam.
O Eus qui ec- **Oio.**
clesiā tuam bt̄i fran-
cisci meritifetu noue plis

De scō francisco

amplificas tribue nobis et
eius imitatioē terrena de-
spicere et celestium dono-
rum sp̄ticipatione gau-
dere. Per. Epistola ad

Galathas. vj. caplo.

Ratres. Mibi aut̄
absit gloriari nisi in cruce
domini nostri iesu christi
p̄ quē mibi mūd̄ crucifi-
xus est et ego mundo. In
r̄po enī iesu neqz circunci-
sio aliquid valet neqz pre-
putin̄: sed noua creatura
Et quicunqz hāc regulaz
secuti fuerint: pax super il-
los et misericordia et super
isrl̄ dei. De cetero nemo
mibi molestus sit. ego eiz
stigmata dñi iesu in corpe
meo porto. Gratias dñi no-
strī iesu r̄pi cuz spū nostro
fratres amen. **B**rad. Os
iusti meditabit̄ sapientiam et
lingua eius loquet̄ iudicium
X. Lex dei eius in corde ipsi⁹
et nō supplantabunt̄ gressus
eius. Alla. **X**. O patriarcha
pauperum francisce tuis pre-
cibus auge tuoz numerū in
charitate christi: quos cācel-

latis manibus cecutiens: vt
moriens iacob benedixisti.
Alla. **X**. Hic franciscus pau-
per et modicus: celum dñes
ingredit̄: hymnis celestibus
honorat̄. **E**uāgeliū. Lōfi-
teor tibi pater dñe celi et
terre. **R**equire in cōi plu-
rimoz martyru. **O**ffer.
Ueritas mea et misericordia
mea cū ipso: et in noīe meo ex-
altabit̄ cornu eius. **S**cre.

Miserera tibi dñe di-
cata sanctifica: et in-
tercedente bto frāscico ab
oi nos culpas labē puri-
fica. Per. **L**oio. fidelis
seruus et prudens quē cōstitu-
it dñs sup familiā suā vt det
illis in tempore tritici mensu-

Eram. **P**osteo.
Eccliaz tuā domi-
ne q̄s gratia celestis am-
plificet: quā beati francisci
illuminare voluisti glorio-
sis meritis et exemplis. p.
In sanctorum martyruz
sergi et bachi: marcelli et
apulei. **O**ratio.

Sanctorū tuorū nos
domine sergij bachi

marcelli et apulei btā me
rita psequant̄ et tuo sp fa-
ciant amore seruentes.

Dilectatē **Secreta.**
tuā nobis dñe que-
sumus hec hostia reddat i
molanda placatā: tuorū
digna postulatione sancto
rum. **P**er. **Postcōmu.**

Sacramentis domi-
ne muniamur acce-
ptis: et sanctoz tuorū ser-
gij bachi marcelli et apu-
lei intercessione cōtra oēs
negtias irruentes: armis
celestibus ptegamur. per.

In sancto marco Oratio

Exaudi dñe p̄ces no-
stras et intercedente
beato marco cōfessore tuo
atqz pontifice supplicatio-
nes nostras placatus intē-
de. **P**er. **Secreta.**

Acepta tibi sit do-
mine sacrate plebis
oblatio: pro tuorū hono-
re sanctoz: quorū se me-
ritis pcepisse de tribulati-
one cognovit auxiliū. per.

Dilectis dñe **Postcō.**
fideib⁹ pplis scōrū

tuorū sp̄ veneratione leta-
ri et corū ppetua supplica-
tione muniri. p. **In scōrū**
martyrū dionisij rustici et

Deleutherij. **Oratio.**
Eus qui hodierna
die bt̄m dionysij martyre
tuū virtute cōstātie in pas-
sione roboraſti: quiqz illi
ad p̄dicādū gētib⁹ gloriā
tuā: rusticū et eleutheriū
sociare dignat̄ es: tribue
nobis q̄s ex eoz imitatōe
p̄ amore tuo p̄p̄a mundi
despicere: et nulla eius ad
uersa formidare. p. **Secr.**

O Blata tibi dñe mu-
nera ppli tui p̄ tuo-
rū honore scōrū martyrū
dionysij rustici et eleuth-
erij suscipe p̄pit̄ q̄s: et eoz
nos intercessiōe sanctifica

Simp̄tis dñe sacra
mētis: q̄s vt itercedētib⁹
beat̄s martyrib⁹ tuis dio-
nysio rusticō et eleutherio
ad redēptionis eterne p-
ficiamus augmētū. **P**er
In sancti calitti Pape et
martyris Introitus.

Scē luce euangeliste

Acerdotes dei bñdi
cite dñm: sc̄i et hñiles
corde laudate deus.

Ps. Bñdicte oia opa dñi do
mino: laudate et superexaltate
eū in secula. **X** Glia. **O**ro.

O Eus qui nos cōspī
cis ex nostra infirmi
tate desicere: ad amorem
tuuz nos misericorditer p
sanctor̄ tuoz exempla re
staura. **p.** **G**rad. Inueni da
uid seruū meuz oleo scō vñri
eū: manus enī mea auxiliabit
ei et brachii meum fortabit
eū. **X** Aibil pficiet inimic⁹
in eo: et filius iniqtatis nō no
cebit ei. Alla. **X**. Amavit euz
dñs et ornauit eū: stolā glorie
induit eum. **O**ffer. Veritas
mea et mia mea cuz ipso et in
nomine meo exaltabitur cor

Mnu eius. **S**ecreta.
Ystica nobis domi
ne p̄sit oblatio: q̄ nos et a
reatibus nr̄is expediat et
p̄petua salvatione confir
met. **P**er. **C**olo. Beatus
seruus quē cū uenerit dñs in
uenerit vigilatē: amē dico vo
bis super oia bona sua consti

Quet eum. **P**ostcō.
Alesum⁹ ops deus
vt reatum nostrū munera
sacra purifcent et recte vi
uendo nobis operent es
fectum. **P**er **I**n sancti
luce euangeliste **O**ratio.

Tterueniat p nob
q̄s dñe scūs tuus lu
cas euangelista qui crucis
mortificatōez iugiter i suo
corpore p tui nois honore
portauit. **P**er **E**pla. Si
militudo vultus quattuor
aialiu. **R**equirere in cōi
apostolorum. **E**uangelū
Designauit dñs. **R**eQui

Ore vbi epla. **S**ecre.
Dnis nos celestib⁹
da q̄s dñe libera mēte ser
uire vt munera q̄ deser
mus: iterueniēte btō euā
gelista tuo luca et medela
nobis open⁹ et gloriā. per.

Presatio de apostolis.
Resta q̄s **P**ostcō.
Dops de⁹ vt qđ d scō
altari tuo accepim⁹: p̄cib⁹
bt̄ euāgeliste tui luce sc̄i
cet alias nr̄as p qđ tuti esse
possim⁹. **p.** **I**n scōz mar

Ecce crisanti et darius. **Dio.**

Beatorum martyrum tuo
rum domini crisanti et dari-
us quos adiut nobis oratio ut
quos veneramur obsego
eorum precium iugiter experia-
mur aurum. **Secreta.**

Propuli tui quos domine ti-
bi grata sit hostia: qui
in natalitiis sanctorum martyrum
tuorum crisanti et darii sole-
nitatibus immolatur. **Per**

Mysticis **Postcom.**

domine repleti sumus vo-
tis et gaudiis: presta quos: ut in
tercessionibus sanctorum martyrum
tuorum crisanti et darii: que
temporaliter agimus spirituali-
ter sequamur. **per.**

In
vigilia apostolorum simonis et
iudee **Introitus.**

Tatret in aspectu tuo
domine gemitus compen-
ditorum reddere vicinis nostris
septuplum in synu eorum: vindica
sanguinem sanctorum tuorum qui
effusus est. **ps.** Deus venerunt
gentes in hereditate tua; pol-
luerunt templum sanctum tuum posue-
runt hierusalem in pomorum
custodiā. **N. Gloria.** **Dio.**

Oncede quos opes de-
us: ut sicut apostolorum
tuorum simonis et iudee glori-
osa natalicia preuenimus
sic ad tua beneficia premeren-
da maiestatem tuam per nobis
ipsi preueniant. **p. Glor.**

Vindica domine sanguinem san-
ctorum tuorum qui effusus est. **N.**

Posuerunt mortalia seruorum
tuorum escas volatilibus celo: car-
nes sanctorum tuorum bestias terre.

Offer. Exultate sancti in glo-
ria letabuntem in cubilibus suis
exultationes dei in faucibus eorum

Minceribus **Secre.**

Quoniam dñe apostolorum
simonis et iudee festa prece-
dimus: te suppliciter de-
precantes: ut que consciencie
nostrae prepediunt obsta-
culis: illorum meritis grata
reddantur. **Per** **Loio.**

Posuerunt mortalia seruorum
tuorum dñe escas volatilibus ce-
li carnes sanctorum tuorum be-
stias terre: sed magnitudinem
brachij tui posside filios mor-
ti punitorum. **Postcom.**

Sumptu domine sacra-
mento suppliciter de-

precamur ut intercedetib⁹
bis aplis tuis simone et iu-
da: qđ t̄ palit gerimus ad
vitaz capiamus eternam.

**In sexto aploꝝ simonis et
iudei Introitus.**

Ibi autē nimis ho-
norati sūt amici tui
deus nimis p̄fotatus ē prin-
cipatus eoz. **ps.** Dñe pbasti
me et cognouisti me tu cogni-
uisti sessionē meā et resurrecti
onē meā. **X Gloria.** **O**ro.

Deus q̄ nos p̄ btōs
ap̄idos tuos simonez
et iudā ad agnitionē tui no-
minis venire tribuisti: da
nobis eoz gliaz sempitnā
et pficiēdo celebrare et cele-
brando pficere. **p.** **S**anct. **C**onstitues eos p̄ncipes sup
omnē terraz: memores erunt
nois tui dñe. **X.** **P**ro patris
bus tuis natī sunt tibi filij: p̄
ptereā ppli p̄tebunt tibi. Al-
leluia. **X.** **N**imis honorati
sunt amici tui deus: nimis cō-
fortatus est p̄ncipatus eoz.
Offer. In oēm terrā exiuit
son⁹ eoz et i fines orbis terre
verba eorum. **S**ecreta.

Gloria dñe scđy aplo
grū tuor̄ ppetuā ve-
nerantes: q̄s vt eaꝝ sacris
mysterijs expiatī dignius
celebrem⁹. **p.** **L**oio. Clos
q̄ secuti estis me sedebitis sup
sedes iudicātes duodecim tri-

Dibus israel. **P**ostco. **E**reptis dñe sacris
suppliciter eroram⁹: vt in
tercedetib⁹ btis aplis tuis
simone et iuda: que p̄ illoꝝ
veneranda gerimus passi-
one nobis pficiant ad me
delam. **P**er **In vigilia
omniū sanctor̄ Introitus**

Udicant sc̄i ḡetes et
dñant pplis: et re-
gnabit dñs deus il-
lorū in ppetuū. **ps.** Exultate
iusti in dño rectos decet lau-
datio. **X Gloria.** **O**ratio.

Omne deus n̄ mul-
tiplica sup nos grāz
tuā: et quoꝝ p̄uenum⁹ glo-
riosa solēnia tribue subse-
q̄ in scā pfessiōe leticiā. **p.**
Lectio libri apocalipſis be-
Imati iobis apli. v.ca.
Mdieb⁹ illis. Ecce
ego iohānes viđi i medio

thrōni et q̄ttuor aīaliū et in
medio senior̄ agnū stantē
tanq̄ occisū habentē cor-
nua septē et oculos septē q̄
sunt septē sp̄us dei missi i
oēm terrā. Et venit et ac-
cepit lib̄ū de dextera sedē
tis in throno: Et eūz ape-
ruisset librū quattuor aia-
lia et vigintiquattuor seni-
ores ceciderūt coraz agno
habētes singuli cytharas
et phialas aureas plenas
odoramētoꝝ: que sunt oīo
nes scōz. Et cantabāt can-
ticum nouū dicentes: Di-
gnus es dñe accipe libruz
et soluere signacula ei⁹ qm̄
occisus es: et redmisi nos
deo in sanguine tuo er oī
tribu et lingua et populo et
natione: et fecisti nos deo
n̄o regnū et sacerdotes: et
regnabimus super terrā.
Et vidi et audiui vocē an-
geloꝝ multorū in circuitu
throni: et seniorum et quat-
tuor aīaliū. Et erat nu-
merus eoz milia milii vo-
ce magna dicētiū: Dign⁹
est agnus q̄ occisus est acci-

pere virtutē et divinitatē et
sapienti et fortitudinē et ho-
norē et gloriā et bñdictionē
in secula seculorū. amen.

Ḡad. Exultabunt sancti in
glia letabunt in cubilib⁹ suis
X. Cantate dño canticū nouū
laus eius in ecclesia sanctoꝝ.

Euangelist̄. Descēdēs ie-
sus de móte stetit iloco cā
pestri. **Regre in cōi pluri-
moꝝ marty.** **Offer.** Exul-
tabūt sci in gloria letabunt in
cubilib⁹ suis exultatōes dei
in fauicibus eorum. **Seere.**

Hūtare tuū dñe deus
munerib⁹ cumula-
mus oblatis: q̄s vt ad sa-
lutē n̄am oīuz scōz tuorū
precatiōe pficiant quoz so-
lēnia vētura p̄currū. p.

Lolo. Iustorū aie in manu
dei sunt et nō tanget illos. tor-
mentū malicie vīsi sunt ocu-
lis insipientiū mori: illi autē

Sunt i pace. **Wofftō.**
Acramentiſ dñe et
gaudijs optata celebritate
expletis: q̄svt eoz p̄cibus
adiuuemur quoꝝ recorda-
tionibus exhibent. **Per.**

In festo oīuz scōz Intro.

Audeamus oēs in
dño dīe festū cele-
brātes sub bono
re sanctorū om̄niū de quorū
solemnitate gaudēt angeli et
collaudant filiū dei. ps. Ex-
ultate iusti in domino: rectos
decet collaudatio. Gloria

O M̄ni Dio. patri.
potens sépiterne de-
us qui nos oīuz sanctorū
tuorū merita sub vna tri-
buisti celebritate venerari
q̄s vt desideratam nobis
tue p̄nitiationis abundan-
tiā multiplicatis inter-
cessoribus largiris. p. Zec-
ctio libri apocalypsis bea-
ti iohannis ap̄l. vii. caplo

I Adieb⁹ illis Ecce
ego iohānes vidi al-
terāgeliū ascēdētē ab ortu
solis habētē signū dei vi-
ui. Et clamauit voce ma-
gna quattuor angelis qui
bus datum est nocere ter-
re et mari dicens: Nolite
nocere terre et mari neq̄z
arboribus q̄adusq̄z signe-
nus seruos dei nostri in

frontibus eorum. Et au-
diui numerū signatorum
centū q̄dragintaquatuor
milia signati ex omni tri-
bu filiorum israel. Ex tri-
bu iuda duodecim milia
Ex tribu rubē: duodecim
milia signati. Ex tribu gad
duodeci milia signati. Ex
tribu aser: duodeci milia
signati. Ex tribu neptaliz
duodecim milia signati:
Ex tribu manasse duode-
cim milia signati. Ex tri-
bu symeon duodecim mi-
lia signati. Ex tribu leui
duodeci milia signati. Ex
tribu ysachar: duodecimi
milia signati. Ex tribu za-
bulon duodecim millia si-
gnati. Ex tribu ioseph duo
decim milia signati: Ex
tribu beniamin duodeciz
milia signati Post hec vi
di turbā magnam quā di-
nuerare nemo poterat: ex
oib⁹ gētib⁹ et tribub⁹ et
pplis et linguis stantes an-
te thronum in conspectu
agni amicti stolis albis: et
palme in manibus eorū.

Et clamabat vox magna
dicentes: Salus deo nostro
qui sedet super thronum et
agno. Et oes angelorum stabant
in circuitu throni et senio-
rum et quantorum aialium. Et ce-
ciderunt in conspectu throni
i facies suas et adoraverunt
deum dicentes: amēm. Bene-
dictio et claritas et sapientia
et gratia et actio: honor vir-
tus et fortitudo deo nostro in
secula seculo. amēm. **Sia.**
Timente dominum oes sci eius: quoniam
nihil deest timentibus eis. **N.**
Inquirentes autem dominum non des-
cipient omni bono. Alla. **N.** Veni-
te ad me omnes qui laboratis
et onerari estis et ego reficiam
vos. Alla. **N.** Hec est vera fra-
ternitas que vicit mundi cri-
mina: Christum secuta est inclita
tenens regna celestia. **Euā**
Geliū. Adies Iesus turbas
ascendit in montem. **Regre-**
scōi plimoz mar. **Offer.**
Iustorum aie in manu dei sunt
et non tanget illos tormentum
mortis: visi sunt oculis insipi-
entium mori illi autem sunt
in pace. **Secreta.**

Quoniam tibi domine no-
stre deuotionis offere-
offerimusque et per cunctos tibi
grata sunt honore iustorum
et nobis salutaria te misera-
rante reddantur. **p.** **Loio**

Basti mundo corde quam ipsi de-
um videbunt: bati parifici quam
filii dei vocabunt: bati qui pse-
cutionem patiuntur propter iusticiam
quam ipso est regnum celorum.

Domi noster **Postco**
fidelibus populis oculum
scorum tuorum spiritu veneratione
letari: et eorum perpetua
supplicatione maniri, per.

Domini sci cesarij olo.
Eus qui nos bati ce-
sarij martyris tui annua
solemnitate letificas: coce
de propitiis ut cuius nata-
litia colimus: etiam actios
imitemur. **p.** **Secreta.**

Hostias tibi domine bati
cesarij martyris tui
dicatas meritis benignus
assume: et ad perpetuum nobis
tribue preuenire subsidium.

Quesumus **Postco.**
Ops deus: ut qui ce-
stia alimenta percepimus

Quatuor coronatorū s.theodori

intercedēte beatō cesario,
martyre tuo:p hec contra
oia aduersa muniamur.p
In sanctorū martyrū quat
tuor coronatorū Introit.

Iatret in conspectu
tuo dñe gemitus cō
peditorū: redde vici
nis nřis septuplū in synu eoꝝ
vindica sanguinē scōꝝ tuorū
effusus est. **ps.** Deus venerūt
gentes in hereditatē tuā pol
luerūt templū sem̄ tuū: posue
rūt hierusalē in pomorū custo
diam. **N.** Gloria. **Oratio.**

Presta q̄s oꝝ denus
vt q̄ glorioſos mar
tyres clandū: nicoſtratus
castorū: ſimphorianū at
q̄ ſimpliciū fortes in ſua
profefſione cognouim⁹: pios
apud te in noſtra interceſ
ſione ſentiamus. p. **Gra.**

Vindica dñe ſanguinez scōꝝ
tuorū qui effusus est. **N.** Po
ſuerūt mortalia ſeruorū tuorū
efcas volatilibus celi: carnes
scōꝝ tuorū bestijs terre. Alla
Laudate dñm in ſcis eius
laudate eū in firmamēto vir
tutis eius. **Offer.** Aia nřa

sicut paſſer erepta ē d laqueo
venantū laqueus p̄tritus eſt
nos liberati ſumus. **Secre.**

Benedictio tua dñe
blarga descendat q̄z
munera nřa: deprecati
bus ſcis tuis: tibi reddat
accepta: t nobis ſac̄m re
dēptiōis efficiat. p. **Coio.**

Posuerunt mortalia ſeruorū
tuorū dñe efcas volatilibus ce
li: carnes scōꝝ tuorum bestijs
terre: ſim magnitudinem bra
chiū tui poſſide filios morti

Apunitorū. **Wofſcō.**
Eleſtibus reſecti ſa
cramentis z gaudijs ſup
plies te dñe deprecamur
vt quoꝝ gloriamur trium
phis: ptegamur auxilijs.

Idem In sancti theodori
martyris Oratio.

Olus q̄ nos bti the
odori martyris tui profefſio
ne glida circūdas z ptegij
preſta nobis ex eius imita
tione proficere z oratione

Sfulciri. per. **Secre.**
Uſcipe dñe fideliuz
preces cum oblationibus
hostiarum: z intercedente

beato theodoro martyre
tuo p̄ bee pie deuotionis
officia ad celestes gloriam
transeamus. p. **Postcō.**

Preesta nobis dñe q̄s
intercedēte bto theo-
doro martyre tuo: vt qđ
ore p̄tingimus pura m̄te
capiamns. p. **In sc̄i mar-**
tini ep̄i et cōfesso. Introī.

Tatuit ei dñs testa-
mentū pacis et prin-
cipem fecit eum: vt
sit illi sacerdotij dignitas in
eternū. **ps.** Memento domi-
ne dauid et ois māsuetudinis
eius. **X.** Gloria. **Oratio.**

Per nulla n̄a virtute
subsistimus: dcede p̄ptius
vt intercessione beati mar-
tini p̄fessoris tui atqz pon-
tificis contra oia aduersa
muniāmur. **Per Grat.**
Ecce sacerdos magnus qui i
diebus suis placuit deo. **X.**
Nō est imēntus filis illi qui
p̄seruaret legem exēcli. Alla.
X. St̄us vir sc̄is martinus
v̄bis thuronis requeuit: ques
suscepērūt āgeli atqz archan-

geli throni dñatōdes et virtu-
tes. **Offer.** Veritas mea et
mia mea cum ipso: et in noīe
meo exaltabitur cornu eius,

O A miseri **Secreta.**
cors de⁹: vt hec nos
salutaris oblatio: et a pro-
prijs reatibus indeſinēter
expeditat: et ab oib⁹ tuat
aduersis. p. **Loio** Beatus
seruus quem cū venerit dñs
inuenerit vigilante: amen di-
co vobis super oia bona sua
constituet eum. **Postcō.**

Preesta q̄s dñe deus
nř vt quoꝝ festiuita
te votina sunt sacramenta
eorum nobis salutaria in-
tercessiōe reddant. **Per.**

En sancto mēna Oratio.

Preesta q̄s op̄s deus
vt q̄ bti mēne mar-
tyris tui natalicia colim⁹ i
tercessiōe eius in tui noīis
amore roboremur. **Per**

Māneribus **Secre.**
nostris quesum⁹ do
mine precibusqz suscep̄tis
et celestibus nos munda
mysterijs et clementer ex-
audi. **Per Postcom.**

In cecilie vōgie ⁊ mar.

Duos dñe deus nř:
vt sicut tuoꝝ cōme-
moratione scōꝝ t̄pali gra-
tulamur officio: ita perpe-
tuo letemur aspectu. per.
In sancte elisabeth D̄o.

Tuorum corda fide-
liū deus miserator
illustra: ⁊ beate elisabeth
precibus glorioſis fac nos
pſpera mūdi despiceret et
celesti ſemper cōſolatione

Mgandere. **Secreta:**
Anera dñe nře de-
uotionis offerim⁹: vt tibi
grata et nob̄ ſalutaria btē
elisabeth pia ſuppliatiōe
reddant. **Per Postcō.**

Quelum⁹ op̄s deus
vt quos ſalutaribus
dignatus es erudire my-
ſterijs: btē elisabeth inter-
cessio gloria ſeruat ce-
leſtibus alimentis. **Per**
In sancte cecilie virginis

⁊ marty. **Intro.**

O quebar de teſtimō-
nijs tuis in conſpe-
ctu regum: et non confunde-
bar ⁊ meditabor in mandatis
tuis que dilexi nimis. **ps.**

Beati imaculati in via q̄ am-
bulat in lege dñi. **v. Gloria.**

Deuſ qui **Oratio:**
nos annua beate ce-
cile martyris tui ſolēnitā-
te letificas: da vt quaz ve-
neramur officio etiam pie-
pueratiōis ſequamur exē-
plo. per. **Grad.** Audi filia ⁊
vide ⁊ inclina aurem tuam q̄
occupavit rex ſpeciem tuā. **v.**

Specie tua et pulchritudine
tua: intende pſpere proceſſe ⁊
regna. Alla. **v.** Quinq; pri-
udentes virgines acceperunt
oleum in vasis ſuis cum lami-
padibus: media aut nocte cla-
mor factus est: ecce sponsus
venit exite obuiam christo do-
mino. **Offer.** Offerentur re-
gi virgines poſteā prime ei⁹

Hoſterent tibi. **Secre.**
Ec hoſtia dñe pla-
catiōis ⁊ laudis q̄s: vt in-
tercedēte btā cecilia mar-
tyre tua nos propitiatiōe
tua dignos ſp efficiat. per.
Lolo. Confundant superbi
q̄ iniuste iniuitatē fecerunt
in me: ego autē in mandatis
tuis exercebor: in tuis iuſtiſi-

cationibus ut nō confundar.

SAtiasti Postcom.
dñe familiā tuā mu-
neribus sacris: eius q̄s sp̄
interuētione nos resoue:
cui⁹ solēnia celebram⁹. p.

**In sancti clementis pape
et marty. Intro.**

Iicit dñs: sermones
mei quos dedi in os-
tuū non deficient de ore tuo:
qdest enim nomen tuū et mu-
nera accepta erunt sup altari
meo. **p.** Beatus vir qui ti-
met dñm: in mādatis eius vo-
let nimie. **N.** Gloria. **O.**

O Eus qui nos ānua
beati clemētis mor-
tyris tui atqz pontificis so-
lēnitate letificas: hcede p̄
pitius: vt cuius natalicia
colimus: virtutem quoqz
passionis imitemur **P**er

Grad. Juravit dñs et nō pe-
nitabit eum tu es sacerdos in
eternū fm ordinem melchise
dech. **N.** Dixit dñs dño meo
sede a dextris meis. Alla. **N.**

Hic est sacerdos quē corona-
uit dñs. **Offerto.** Ueritas
mea et misa mea cuz ipso: et in-

uide meo exaltabis corna ei⁹.

Minera dñe Secre
oblata sc̄ifica et inter-
cedēte btō clemēte marty-
re tuo. p. H̄ nosa pctōz n̄o
rū macul' emūda. p. **O**lo
Beatus seru⁹ quē cū venerit
dñs inuenierit vigilatē: amē
dico vobis sup oia bona sua
constituet eum. **P**ostcō.

COrporis sacrī et pre-
ciosi sanguis repleti
libamine: q̄s dñe deus n̄
vt qđ pia deuotōe gerim⁹
intercedēte btō clemente
martyre tuo atqz pōtifice
certa redēptione capiam⁹
p. **In sec felicitatis O**

DResta q̄s op̄s deus
vt beate felicitatis
martyris tue solēnia re-
censentes: meritis ipsius
ptegamur et precibus. p.

Octa popu **Secre**
li tui domine propi-
tius intende: et quorum
nos tribuis solēnia cele-
brare: fac gaudere suffra-
gijs. **P**er **P**ostcom.

SApplices te roga-
mus omnipotens deus

De scā catherīna

vt intercedētib⁹ sc̄is tuis
et tua in nobis dona mul-
tiplices t̄ tēpa n̄ra dispo-
nas. **P̄er.** **In sc̄i Griso-**
goni martyris Oratio.

Adesto dñe supplica-
tionib⁹ n̄ris : vt qui
ex iniuitate n̄ra reos nos
esse cognoscim⁹ bt̄i grisog-
oni martyris tui interces-
sione liberemur. p. **Secre.**

O Blatis q̄s dñe pla-
care munerib⁹ : t̄ in-
tercedente bt̄o grisogono
martyre tuo a cūctis nos
dſende piculis. p. **postcō.**

Tu dñe pceptiōe sa-
cramēti: t̄ a nostris
mūdemur occultis: et ab
hostiū liberemur insidijs.

P̄er. **In sc̄e katherine**
viginis t̄ martyris Intro.

Or de celis cathe-
rine redditur: veni
sponsa gloriola ve-
ni sc̄issima virgo accipe pre-
mū tuī certaminis iter cho-
ros angeloz. **ps.** Hec audiēs
bt̄a catherina leta surrexit ab
oratione t̄ decollata est. **x.**
Gloria. **Oratio.**

O Eus q̄ dedisti legē
moysi in summitate
montis synai: t̄ in eodem
loco per āgelos tuos cor-
pus beate catherine vir-
ginis et martyris tue mi-
rabiliter collocasti: tribue
q̄s vt eius meritis t̄ inter-
cessiōe ad montē q̄ r̄ps est
valeam⁹ puenire. per eū.
Epta de cōi viginū. Bia.

Percussa gladio dat lac p̄o
sanguine collo: quam manus
angelica sepiliuit vertice sy-
na. **x.** **M**embriis virgineis
olei fluit vnda salubris. **Alla**
x. **L**atherina flos rosarum:
consolatrix alarū: tue precis
interuentu angeloz nos con-
centu fac gaudere iugiter.

Enāgeliū de cōi viginum
Offer. **D**rudens t̄ vigilas
virgo qualis es cū spōso illo
q̄ te elegit de mundo q̄ pul-
chra q̄ mirabilis quanta lu-
ce spectabilis: inter syon iuue-
culas: t̄ hierusalē filias tha-
lamo gaudens regio: dei con-
Mūneta filio. **Secre.**
Unica dñe sacrifici-
cij presentis que tibi offe-

rimus i bonore sancte catherine virginis et martyris fiant nobis eius precibus vita perpetua: et te domante salus infinita. Per.

Loio. Ave virginum gemma catherina: ave sposa regis regum gloriosa: Ave viua Christi hostia tua venerantibus: patrocinia impetrata non de neges suffragia Postco

Sumptis domine salutis eterne myste rieris suppliciter deprecatur: ut sicut liquor qui de membris beate catherine virginis et martyris ingerit manat languidorum corpora sanat: sic eius oratio cunctas a nobis iniquitates expellat. Per dominum.

Incepit commune scōz
In vigilia vni apostoli Intr.

So autem sicut oliua fructificauit in domo domini speravi in misericordia dei mei

et expectabo nomen tuum quoniam bonum est anno conspectum sanctorum tuorum. Ps. Quid glaris in malitia qui potes es in ini quitate. N. Gloria patri.

Domine omnipotens deus: ut beati Petri apostoli tui: quam preuenimus veneranda solenitas: et deuotio nem nobis augeat et salutem. Per Lectio libri sapientie. lliij. capitulo.

Benedictio domini super caput iusti Ideo dedid illi dominus hereditatem: et divisit ei partem in tribubus duodecim et inuenit gratiam in conspectu omnis carnis. Et magnificauit eum in timore inimicorum: et in verbis suis misera placauit. Glorificauit eum in conspectu regum: et ostendit illi gloriam suam. In fide et lenitate ipsius sanctus fecit illum: et elegit eum ex omni carne. Et dedit illi cor ad precepta: et legem vite et discipline: et excelsum fecit illum

Statuit illi testamētū et
nū: et circūcīxrit eum zona
iusticie. Et induit eū dñs
coronā glorie. **Bra.** Just⁹
vt palma florebit sicut cedr⁹
libani multiplicabitur in do-
mo domini. **N.** Ad annūcian-
dum mane mīam tuā et veris-
tate tuā p noctē. **Scdm**

Th illo:tp **Ioh. xv. c.**
dirit ihs discipulis
suis: Doc ē pceptū meū
vt diligatis iūicē sicut di-
lexi vos. Maiorē hac dile-
ctionem nemo habet: vt
aīam suā ponat qsp ami-
cis suis. Vos amici mei
estis: si feceritis q ego pre-
cipio vobis: Iam nō dicā
vos seruos: qr seru⁹ nescit
qd faciat dñs eius. Vos
aut̄ diri amicos: qr oia q-
cunqz audiri a patre meo
nota feci vobis. Non vos
me elegistis: sed ego elegi
vos: et posui vos: vt catis
et fructū afferatis: et fru-
ctus vester maneat: vt qd
cunqz petieritis patrez in
noīe meo det vob. **Offer**
Gloria et honore coronasti

eū dñe et ñstituisti eū sup opa
manū tuā dñe. **Secreta.**

Attū culminis offeren-
tes tibi sacra mysteria q̄s
dñe: vt bti apli tui **A.** sus-
fragijs cui⁹ natalitia pue-
nimus hec plebs tua sp et
sua vota depromat: et de-
siderata p̄cipiat. p. **Coio.**

Magna est gloria eius in sa-
lutari tuo gloriaz et magnum
decorē impones sup euz dñe.

Stui **A.** q̄s dñe sup-
plicatione placat⁹ et veniā
nobis tribue: et remedia
sempiterna pcede. p. **In**
vigilia plurimorū aplorū

Atret in **Introit⁹**
cōspectu tuo dñe ge-
mit⁹ cōpeditor⁹: red
de vicinis nr̄is septulū in si-
nu eorū: vindica sanguinem
scōz tuoz q effusus est. **ps.**
Deus venerūt gētes i heredi-
tate tuā: polluerūt templum
sc̄m tuū posuerūt hierl̄z i po-
moz custodiā. **N.** Gloria p̄i
Oncede q̄s **O**io
lop̄s de⁹ vt sic aplor⁹
tuorum

tuoz **A.** & **A.** gliosa na-
talitia puenim⁹ sic ad tua
bñficia pmerenda maiest-
statē tuā p nobis ipse pre-
ueniat. per **Leetio actuū**

I illis: **P**er man⁹ at
aprox siebat signa & pdia
multa i plebe. **E**t erat
enanimiter oēs in porticu
salomonis. **C**eterorū aut̄
nemo se audiebat dñigere
illis: s̄ magnificauit eos
popul⁹. **A**dagis aut̄ ange-
baſ credetiū in dño mul-
titudo viroz ac mulieruz
ita vt in plateis ejcerent
infimos: & ponerent in le-
ctulis et grabatis: vt veni-
ente petro: saltē vmbra il-
lius obumbraret quēq; il-
lorū: & liberent ab infirmi-
tibus suis. **E**currebat
aut̄ multitudo vicinarum
cinitatū in hierusalē affe-
rentes egros et veratos a-
spiritib⁹ imundis: q; cura-
ban⁹ oēs. **E**p̄ta ad ep̄be

Ratres **sios. j. ca.**
Bñdict⁹ de⁹ & pat̄
dñi nr̄i ieu xp̄i: qui bene-

dixit nos in: oī bñdictione
spirituali i celestib⁹ in r̄po
sicut elegit nos in ipso an-
mūdi cōstitutionē: vt esse-
mus sci & īmaculati in con-
spcū ei⁹ in charitate. Qui
pdestinavit nos in adopti-
onē filior̄ p ielum xp̄m in
ipsū fm̄ ppositū voluntat̄
sue in laudez glorie et grē
sue in qua gratificauit nos
i dilecto filio suo. In quo
habemus redemptionē p
sanguinē iphius: remissio-
nez peccator̄ fm̄ dñitias
grē eiusq; supabūdavit in
nobis. **E**p̄stola ad corin-

Ratres: Spectacu-
lum facti sum⁹ mūdo & an-
gelis & hoib⁹. Nos stulti
pt̄ xp̄m: vos aut̄ pruden-
tes in xp̄o. Nos infirmi:
vos aut̄ fortis. Nos no-
biles: nos aut̄ ignobiles
vsq; in hanc horā: & esuri-
mus & sitimus: & nudi su-
mus: & colaphis cedimur
& instabiles sum⁹: & labo-
ram⁹ op̄ates manib⁹ nr̄is
maledicimur et bñdicim⁹

Persecutiones patimur
et sustinemus Blasphema-
mur et obsecramus. Tāq̄
purgamēta huī mūdi fa-
cti sum⁹ oīuz pīsimavsqz
adhuc. Non ut cōfūdam
vos hec scribo: sed ut fili-
os meos charissimos mo-
neo: In xpō ihu dño nro.

Gra. Vindica dñe sanguine
scōz tuoz qui effusus est.
X. Posuerunt mortalia ser-
uoz tuoz escas volatilibus ce-
li carnes scōz tuorum bestijs
terre! **Scōz iobānē .xv.c.**

In illo tpe: dixit ie-
sus discipulis suis:
Ego sū vīt̄ vera ⁊ pī me⁹
agricola est: Dēm palmi-
tē in me nō ferentē fructū
tollet eū: ⁊ oīm q̄ fert fru-
ctū purgabit eū vt fructuz
plus afferat: Iā vos mun-
di estis ppter sermonē quē
locutus sum vobis: mane-
te in me: ⁊ ego i vob. Sic
palmes non pōt ferre fru-
ctū a semetipso nisi manse-
rit in vite: sic nec vos nisi
in me manseritis. Ego sū
vītis: vos palmites. Qui

manet in me ⁊ ego in eo ſ
fert fructum multuz quia
ſine me nīhil potestis fa-
cere: Siq̄s in me non mā
ſerit: mitteſ ſoras ſic pal-
mes: et aresceret ⁊ colligent
eūz ⁊ in ignē mittent et ar-
det. Si manseritis in me
verba mea in vobis mā-
ſerint: qđcūqz volueritis
petetis ⁊ fiet vob. **Offer.**
Exultabūt ſci in glīa letabun-
tur in cubilb⁹ ſuis exultatio-
nes dei in fauibus eorum.

Mñris dñe ſctōz apo-
ſtoloz tuoz **A.** ⁊ **A.** fe-
ſta pcedim⁹ te ſupplicit de
pcātes vt q̄ pſcie nfe ppē-
diunt obstaculis illoz me-
ritis grata reddant. **Per**
Eolo. Posuerit mortalia
ſeruoz tuoz dñe escas vola-
tilibus celi carnes scōz tuoz
bestijs terre: ſin magnitudi-
ne brachij tui poſſide filios
morti punitoz. **Postcō.**

Supplicit depcamur
vt intcedētib⁹ btis aplis tu-
is **A.** ⁊ **A.** qđ tpalit geri

m⁹ ad vitā capiam⁹ etiā.
p. **In natali aploꝝ Intro.**

Ibi autem nimis honorati sūt amici tui
deus: nimis confortatus est p̄cipitatis eorum. ps.
Dñe pbasti me et cognouisti
me tu cognouisti sessionē mea
am et resurrectionē meaz. v.

Quesum⁹ oꝝ. Glia
op̄s de⁹ vt btūs apo-
stol⁹ tu⁹. tu⁹ p nob̄ im-
ploret auxiliū: vt a nr̄is re-
atib⁹ absoluti a cūctis etiā
piculis exuamur. p. **Secf**

Saceranduz tibi dñe
mun⁹ offerim⁹ q̄ bti
M. solēnia recolentes pu-
rificatiōez q̄z nr̄is mētib⁹
imploramus. p. **Postcō.**

DErceptis dñe sacris
supplicit exoramus
vt int̄cedēte btō M. aplo
tuo q̄. p illi⁹ veneranda ge-
rum⁹ solēnitate: nobis p-
ficiat ad medelam. p. **In**

natali p̄simoz apostolorū

Deusq nos Alia oꝝ
annua aploꝝ tuorū
M. et M. solēnitate letifi-
cas: p̄sta q̄s vt q̄z gaude-

mus meritis instruamur
exemplis. p. **Secreta.**

Mater dñe que pro
apostoloruz tuoruz
M. et M. solēnitate defe-
rim⁹: p̄peti⁹ suscipe: et ma-
la oia q̄ meremur auerte

Per **Postcō.**

Quesum⁹ dñe saluta-
ribus repleti mysterijs: vt
quorū solēnia celebramus
eoz oīoib⁹ adiuuemur. p.

Epla ad epheſios. iij. ca.

Ratres. Ya nō estis
hospites et aduene-
sed estis cines sanctorū: et
domestici dei: supedifica-
ti supra fundamentū apo-
stolorū et prophetarū. Ipso
sumo angulari lapide xpo
iesu: in quo ois edificatio
constructa crescit in tem-
plum sanctuz in domino:
In quo zros coedificam
ni in habitaculū dei in ipi
ritu sancto. **Epistola**

ad epheſios. iiiij. capitulo.

Ratres: Unicuiqz
vestrū data est gra-
tia scđm mēsurā donatio-
nis xpi: Propter qđ dicit

Ascendens in altū captiuā durit captiuitatē dedit dona hoib⁹. Qd aut̄ ascēdit qd est nisi qz et descendit primū i inferiores partes terre. Qui descendit ipse est: et q ascendit super oēs celos: ut adimpleret oia. Et ipse dedit quosdā qdē ap̄los: quosdā aut̄ p̄phetas: alios vō euangeli stas: alios aut̄ pastores et doctores ad sc̄iūnationeꝝ sc̄oy in opus ministerij in edificationeꝝ corporis xp̄i donec occurramus oēs in vnitatem fidei et agnitionis filij dei in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis xp̄i. **Epiſtola ad romanos. viii.ca.**

Ratres: Scim⁹ qm̄ diligētibus deū oia cooperant̄ in bonū his qui s̄m p̄positū vocati sunt sci. Nā qz presciuit: et p̄destinauit p̄formes fieri imagini filij sui ut sit ipse primo genitus in multis fribus Quos aut̄ predestinauit: hos et vocauit: et qz voca-

uit hos et iustificauit: quos aut̄ iustificauit illos et magnificauit Quid ḡ dicem⁹ ad hec: Si de⁹ p nob⁹ qz p̄tra nos: Qui etiā p̄pro filio suo n̄i pep̄cit: s̄z p nob⁹ oib⁹ tradidit illū. Quod nō etiā cū illo oia nob⁹ do nanit: Quis accusabit ad uersus electos dei: De⁹ q iustificat. Quis est q p̄dē net: Xps iesus q mortu⁹ est: imo et q resurrexit: q ē ad dexterā dei q etiā inter pellat p nob⁹. Quis ergo nos separabit a charitate xp̄i: Tribulatio: an anguſtia: an p̄secutio: an famel an nuditas: an piculū: an gladi⁹. Sic scriptū ē: Qz p̄p̄ te mortificamur tota die estimati sum⁹ ut oues occisionis. Sed in his oib⁹ supamus ppter eum qui dilerit nos. Certus sū enī qz neqz mors neqz vita: neqz angeli: neqz principatus: neqz potestates: neqz virtutes: neqz instātia: neqz futura: neqz for titudo: neqz altitudo: ne-

qz pfundū: neqz creatura
alia poterit nos separare a
charitate dei: q̄ est in chri-
sto ieu dñō n̄o. **Supra-**
scripta ep̄la dī tñi in euā-
gelistis. Lectio ezechielis

Spphete primo cap.
Imilitudo vultus
q̄tuor aialiuꝫ facies bois
et facies leonis a dextris
ipsoꝫ quattuor. Facies at
bovis a sinistris ipsoꝫ q̄t-
tuor et facies aquile desup
ipsoꝫ q̄tuor. Et facies eo
rū et pēne eoz extēte desup
Due pēne singulorū iūge-
bant et due tegebāt corpora
eoꝫ. Et vñqđqz eoꝫ co-
ram facie sua ambulabat.
Abi erat ipet⁹ spūs illuc
gradiebant nec reuertebā-
tur cū ambularēt. Et sit-
tudo aialiū et aspectus eo-
rū q̄si carbonū ignis ardē-
tiū: et q̄si aspect⁹ lāpadaz.
Hec erat visio discurrens i
medio aialium: splendor
ignis: et dī igne fulgur egre-
dicens. Et aialia ibant et re-
uertebant in sititudinē ful-
guris coruscantis. **Braō**

Constitues eos principes sup
oēm terrā memores erūt no-
minis tui dñe. **N.** Dī patri-
bus tuis natū sunt tibi filij: p-
ptere populi p̄sitebunt tibi.

Braō. Namis honorati sūt
amici tui deus nimis cōforta-
tus est p̄ncipatus eoꝫ. **D.** Di
numerabo eos et sup arenam
multiplicabūt. **Bra.** In oēz
terrā exiuit sonus eoꝫ: et in fi-
nes orbis terreverba eoꝫ. **N.**
Leli enarrāt gloriā dei et opa
manū eius annunciat firma-
mentū. Alleluia. **N.** Ego vos
eligi de mūdo ut eatis et fru-
ctū afferatis et fructus vñ ma-
neat allā. **N.** Namis honora-
ti sūt amici tui de⁹ nimis p̄for-
tatus est p̄ncipat⁹ eoꝫ. Alla

N. Vlos estis q̄ p̄misistis me
cū in tētationibus meis: ego
aut̄ in medio vñm sicut q̄ mi-
nistrat allā. **N.** Te gloriosus
ap̄lorum chorus laudat dñe.

Enāgeliū. Hoc ē p̄ceptū
Regre in vigilia vni⁹ ap̄li

I Scđ, iobānē, xv.c.
N illo tpe d i. d.s.
Hoc mando vobis ut di-
ligatis iniicē. Si mūdus

vos odit: scitote qz me pri
orē vobis odio habuit. Si
de mūdo fuissetis: mūduſ
quod suuz erat diligenter.
Quia vō de mundo non
estis: sed ego elegi vos de
mundo; ppter ea odit vos
mūdus. Mémentote ser
monis mei quem ego diri
vobis. Nō est seruus ma
ior dño suo. Si me psecu
ti sunt z vos psequent. Si
sermonē meū seruauerūt:
z vestrum seruabūt. Sed
bec oia faciēt vobis ppter
nomē meū: qz nesciūt euz
qui misit me. Si nō venis
sem z locutus eis nō fuis
sem: pctm̄ non haberent.
Nūc aut excusationē non
babent de pctō suo. Qui
me odit z patrē meū odit
Si opa nō fecissem in eis
que nemo aliis fecit: pctm̄
nō haberent. Nūc aut z
viderūt z oderunt z me et
patrē meū. Sed vt ipse aſ
sermo qui in lege eoz scri
ptus ē: Quia odio habue
rūt me gratis. Euāgeliū.
Ego sum vītis vera. Re

quire in vigilia plurimorū
aploꝝ. Scōm mattb. p.c.

I N illo tpe Dīrit ie
sus discipulis suis:
Ecce ego mitto vos sicut
oues i medio lupoz. Esto
te g prudentes sicut serpē
tes z simplices sicut colub
be. Eauete aut ab hoib?.
Tradēt eni vos in cōclījs
z in synagogis suis flagel
labūt vos: z ad reges z p
sides ducemini ppter me i
testimonīū illis z gētibus
Cū aut tradēt vos nolite
cogitare quō aut quid loq
mini: dabīt eni vobis i illa
hora qd loqmīni. Nō eni
vos estis qui loqmīni: sed
spūs p̄ris vñ q loqf in vo
bis. Tradet aut frater fra
trē in mortē: z pater filiū.
Et iſurgēt filij in parētes
et morte eos afficien. Et
eritis odio oibis hoibus
pter nomē meū. Qui at
pſeuerauerit vſqz i finē h
I saluus erit. Scōm
N illo mattb. p.c.
tpe Dīrit simō petrus ad
iesū: Ecce nos reliqmus

oia ⁊ secuti sum⁹ te. Quid
g̃ erit nobis? Iesuꝝ aut̄ di-
rit illis: Amē dico vob⁹ q̄
vos q̄ secuti estis me: i re-
generatōe cū sederit filius
hois i sede maiestatis sue
sedebitis ⁊ vos sup̄ sedes
duodeci iudicātes duode-
cim trib⁹ isrl. Et ois q̄ re-
liq̄rit domū vel fr̄es aut so-
rores: aut p̄ez aut matrē
aut vrorem: aut filios: aut
agrōs ppter nomē meū cē-
tuplū accipiet et vitā eter-
nam possidebit. **Subscri**
ptū enāgeliū dī tñ in euā
gelistis. Scđm lucā. x.ca.

TIllo tpe: Desi-
gnauit iesus ⁊ alios
septuaginta duos et misit
illos binos aī faciē suā in
oēm ciuitatez ⁊ locū q̄ erat
ipse vēturus. Et dicebat
illis: Nesciis qđē multa:
oparij aut̄ pauci. Rogate
ergo dñz messis vt mittat
oparios in meslez suā. Ite
Ecce ego mitto vos sicut
agnos inter lupos. Moli-
te portare sacculū neq̄z pe-
ram: neq̄z calciamenta: et

nemīnē p̄viā salutaueritis
In quācūqz domū intra-
ueritis: p̄mū dicite: Pax
huic domui. Et si ibi fue-
rit filius pacis regesceat sup̄
illū par vestra Sin aut̄ ad
vos reuertet. In eadē aut̄
domo manete edentes et
bibentes q̄ apud illos sūt
Dignus est enīz oparius
mercede sua. Mōlite trāsi
re de domo in domū. Et
in quācūqz ciuitatē intra-
ueritis et suscepereint vos
manducate que apponunt
vobis. Et curate infirmos
que in illa sunt: ⁊ dicite il-
lis: App: opinq̄bit in vos
regnū dei. **Offerto.** Adibi
autem nīmis honorificati sūt
amici tui deus: nīmis confor-
tatus est principatus eorum.
Offer. Constitues eos prin-
cipes super omnē terram: me
mores erūt nois tui in oī pge
nie ⁊ generatiōe. **Offerto.**
In oēm terrā exiuit sonus eo-
rū ⁊ in fines orbis terre ver-
ba eoz. **Eolo.** Ego suis vritis
vera ⁊ vos palmites: qui ma-
net in me ⁊ ego in eo hic fert

Lōmune

fructū multū allā all'. **Io.**
Ego vos elegi de mundo vt
etatis & fructū afferatis & fru-
ctus vester maneat. **Io.**

Amen dico vobis q̄ vos qui
reliquistis omia & securi estis
me: cētuplū accipietis ret vi-
ta etnā possidebitis. **Io.**
Vos qui securi estis me sede-
bitis super sedes iudicantes
duodecim tribus israel. **In**
festo vniuersi martyris pon-
tificis Introitus.

Tatuit ei dñs testa-
mentū pacis et prin-
cipem fecit eū: vt sit illi sacer-
dotij dignitas in eternū. **ps.**
Memēto dñe dauid & omnis
mansuetudinis ei'. **N.** Glo-
ria patri. **Introitus.**

Acerdotes dei bene
dicte dominū: sancti & humiles corde
laudate deū. **ps.** Benedicite
oia opa dñi dño: laudate & su-
perxaltate eū in sc̄la. **N.** Gl̄ia

Infrāz respice op̄s de-
uis & qr̄ pōdus prie actōis
grauat: bti M. martyris
tui atqz pontificis interces-

sio ḡlosa nos ptegat.p.

Hostias tibi **Secre.**
dñe bti M. marty-
ris tui atqz pōtificis dica-
tas meritis: benign' assue-
t ad ppetuū nob̄ tribue p
uenire subsidiū.p. **postcō.**

Refecti pticipatione
muneris sacri q̄su-
mus dñe de' nř: vt cui' ex
equimur cultū sentiamus
effecū.p. **Di.**

Deu s q̄ nos bti M.
martyris tui atqz pontifi-
cis annua solēnitate leti-
cas: cōcede ppiti': vt cui'
natalicia columus: de eius
dē etiā ptectione gaudea-

Mus.p. **Secreta.**
Anera tibi dñe dia-
cata sc̄ifica: et intercedente
btō M. martyre tuo atqz
pontifice p eadez nos pla-
cat' intende.p. **Postcō.**

Hec nos cōio domie
purget a crimine et
intercedēte btō M. mar-
tyre tuo atqz pontifice ce-
lestis remedij faciat eē cō-
sortes. **P**er. **Lectio li-**
bri sapientie. p̄tr̄. caplo.

Tutus cor suū tradi-
dit ad vigilādū di-
luculo ad dñs q fecit illū:
et i sp̄cū altissimi de p̄ca-
bit. Aperiet os suū in oīo
ne. et p delictis suis de p̄ca-
bit. Si enī dñs magn⁹ vo-
luerit: spū intelligentie re-
plebit illuz. Et ipse tanq̄
im̄bres mittet eloquia sa-
pientie sue. et in oīone con-
fitetur dñs. Et ipse diri-
get cōfiliū eius et discipli-
nā et in abscōditis suis cō-
filiabit: et ipse palam faciet
disciplinā doctrine sue: et
in lege testamenti dñi glo-
riabit. Collaudabūt mul-
ti sapiaz ei⁹: et vsq̄ in sc̄z
nō delebit. Non recedet
memoria eius: et nomē ei⁹
requiret a generatione in
generationē. **Lectio li-
ibri sapientie. iiiij. caplo.**

Batus vir qui iuen-
tus est sine macula
et qui post auruz non abiit
nec spauit in peccunie the-
sauris. Quis est hic et lau-
dabim⁹ eū? Fecit enī mi-
rabilia i vita sua. Qui pro-

batus est in illo et pfectus
inuētus ē: et erit illi gloria
eterna. Qui potuit trans-
gredi: et non est transgres-
sus facere mala: et non fe-
cit. Ideo stabilita sunt bo-
na illius in dño: et elemo-
synas illius enarrabit oīs
ecclesia scōrum. **Lectio li-
ibri sapientie. iiiij. capitulo.**

Batus bō q iuuenit
sapientiā et q assūnit
prudētia. Melior ē acqui-
sitio eius negotiacione ar-
genti et auri primi et puris-
simi: fruct⁹ eius p̄ciosior ē
cunctis opib⁹. et oīa q de-
siderātur huic nō valēt cō-
parari. Longitudo dierū
in dextera ei⁹: et in sinistra
illi⁹ dūvitie et glia. Vix ei⁹
vie pulchre: et oīs semite
illi⁹ pacifice: Lignū vite ē
bis qui apprehēderint eā
et q tenuerit eā btūs. Dñs
sapia fūdavit terram et sta-
bilinit celos prudētia Sa-
pientia illius erupūt abyssi
et nubes rōre cōcrescent
B libri sapie. iiiij.
Batus vir q in ca.

sapia morabis: et q̄ in iustitia meditabitur et in sensu cogitabit circumspectionē dei Libanit illū panexite et intellectus et aq̄ sapie salutaris potabit illū. Et firmabit in illo et nō flecterēt: et p̄tinebit illū et nō defundet: et exaltabit illū apud primos suos et noīe eterno hereditabit illū dñs de⁹n⁹.

Le^tctio libri sapie. x. ca.
Astū deduxit dñs p̄ vias rectas: et ostendit illi regnū dei. Et dedit illi scientiā scōz. Honestauit illū in laboribus et cōpleuit labores illius. In fraude circumueniētiū illi affuit: et honestū fecit illū. Eustodiuuit eū ab inimicis: et a seductoribus tutauit illuz. Et certamē sorte dedit illi: ut vinceret et sciret: qm̄ oīuz potētior est sapia. Hec vēditū iustū nō dereligt: sed a p̄tōribus liberavit eū. Descenditq̄z cū illo in sonēā et i viculis nō dereligt eū: donec afferret illi sceptrū regni: et potentia ad-

uersus eos q̄ cū deprimebat. Et mēdaces ondit: q̄ maculauerūt eum. Et dedit illi claritatē eternā dñs de⁹n⁹.

Epla ad corithios

Rēs: Bñdi ij. c. j.
Actus de⁹ et p̄ dñi nſi iesu xp̄i: p̄ miay: et deus totius solatiōis: q̄ solatnos in oī tribulatiōe n̄a: ut possimus et ipsi solari eos q̄ in oī pressura sunt p̄ exhortationē: qua exhortamur et ipsi a deo. Qm̄ sicut abundant passiones xp̄i in nobis: ita et p̄ xp̄m abūdat solatio n̄a. Sine at tribulamur p̄ via exhortatione et salute: sine cōsolamur p̄ via solatiōe et salute. Sine exhortamur p̄ via exhortatiōe et salute: q̄ opat tolerantiā earūdem passionū quas et nos patimur. Et spes n̄a firma ē p̄ vobis: scientes qm̄ sicut socij passionū estis: sic eritis et cōsolationis. In xp̄o iesu dño nostro.

Epistola
Ad timoth. ii. cap. ii.
Marissime: memor

Esto dñm nřm iſeu xp̄m re
surreriffe a mortuis ex ſe-
mine dauid: fm euāgelijū
meū i quo labore vſqz ad
vincula quaſi male opans
ſed verbū dei nō eſt alliga-
tū. **I**ō oia ſuſtineo xp̄i ele-
ctos: vt z ipſi ſalutē ſeqn-
tur: q̄ eſt in xp̄o iſeu in glia
celeſti. **T**u aut̄ aſſecut̄ eſ
meā doctrinā: iſtitutionē
apōlitū: fidē: longanimita-
tē: dilectionē: patientiam
pſecutōe: pafiōes qualia
mibi facta ſunt antiochie:
iconio: liftris: quales pſe-
cutiōes ſuſtinui: z er oib⁹
eripuit me dñs. **E**t oēs q̄
volūt pie viuere in christo
iſeu pſecutiones patiunt̄.

Bra. Inueni dauid ſeruū
meū oleo ſcō vnri eū: manus
enī mea auxiliabitur ei: z bra-
chium meū conforbit eum.
X. Nihil pſiciet inimicus in
eo z filius iniquitatis nō noce-
bit ei. **B**ra. **J**uſtus ut palma
florebbit ſicut cedr⁹ libani mul-
tiplicabitur in domo dñi. **X**.
Ad annouciandū mane miāz
tuā z veritatē tuā p noctem.

Alleluia. **T**u es ſacerdos i
eternū fm ordineū melchisē
dech. Alla. **H**ic eſt ſacer-
dos quē coronauit dñs. Alla.
X. **J**uſtus ut palma florebbit:
ſicut cedrus multiplicabitur.

T Scđm matth. x.ca.
N illo tpe. d.i.d.s.
Molite arbitrari q̄r vene-
rum pacē mittere in terrā.
Mō veni pacē mittere: ſz
gladiuz. Veni enī ſepare
hoiſ aduersus patrē ſuū
z filiā aduersus matrē ſuā
z nurū aduersus ſocrū ſu-
am z inimici hois domesti-
ci ei. Qui amat prez aut
matrē plus q̄ me: non eſt
me dignus. Et qui amat
filii aut filiam ſup me nō
eſt me dignus. Et qui nō
accipit crucē ſuam z ſequit
me: non eſt me dignus.
Qui inuenit animā ſuam
perdet eam: z qui perdi-
derit animā ſuā ppter me:
inueniet eaž. Qui recipit
vos: me recipit. z qui reci-
pit me recipit eum qui me
misit. Qui recipit pphetā
in noſe pphetē: mercedeſ

pphete accipiet. Et q̄ reci-
pit iustū in noīe iusti mer-
cedem iusti accipiet. Et q̄
cūq; dederit vni ex mini-
mis istis calicem aque fri-
gide tñ in noīe discipuli:
amen dico vobis non per-
det mercedē suā.

Scđm

Th illo tpe. d.i. d.s.
Sigs vult venire post me
abneget semetip; z tollat
cr̄ icē suaz z seq̄ me. Qui
en̄ voluerit aiaz suā saluā
facere: pdet eā. Qui autē
pdiderit aiam suam ppter
me: inueniet eā. Quid enī
pdest hoi si vniuersū mū-
dū lucret: aie vō sue detri-
mētū patiat: Aut quā da-
bit hō cōmutationē p aia
sua: Filius enī hois ven-
turnus est in gloria p̄is sui
cū angelis suis z tunc red-
det vnicuiq; s̄m opa sua.
Amē dico vobis sunt qdā
de hic st̄tibus qui nō gu-
stabunt mortē: donec vi-
deant filium hominis ve-
nientem in regno suo.

Scđm iohannē. xiij. capro

Th illo tpe Dicit ie-
sus discipulis suis. Amē
amen dico vobis: n̄i gra-
nū frumēti cadēs in terrā
mortuū fuerit: ipsam solū
manet. Si aut̄ mortuū fu-
erit multū fructuz auffert.
Qui amat aiam suā pdet
eam. Et qui odit aiaz suā
in hoc mūdo: in vitā eter-
nā custodit eā. Sigs mihi
ministrat me sequat: z vbi
sū ego: illuc z mister meus
erit. Sigs mihi ministrat
uerit honorificabit eū pa-
ter meus qui est in celis.

Scđm mattbeum. x. cap.

Th illo tpe Dicit ie-
sus discipulis suis.
Nihil opertū qd̄ nō reue-
let: z occultuz qd̄ nō sciat.
Qd̄ dico vobis i tenebris
dicite in lumine. Et qd̄ in
aure auditis: pdicte sup-
tecta. Et nolite timere eos
qui occidunt corpus: aiam
aut̄ non possunt occidere.
Sed potius eū timete q̄
pōt z aiam z corpus pdere
euellant. per **Missa pro**
deuotis amicis. Oratio.

DEus qui charitatis
dona p̄ grām sancti
spūs tuor̄ cordib⁹ fidelium
infudisti: da famulis et fa-
mulab⁹ tuis: p̄ quib⁹ tuā
depcamur clementiā: sa-
lutē mētis et corporis: vt te
tota virtute diligāt et que
tibi placita sunt tota dile-
ctione perficiant. **Per in-**

Dyni eius. **Secreta**
Isferere q̄s dñe fa-
mulis et famulab⁹ tuis: p̄

qb⁹ hoc sacrificiū laudis
tue offerimus maiestati:
vt per h̄scā superne bñdi
ctōis grāz obtineāt: et glo-
riā eterne btitudinis acq-
rant per. **Postco.**

Diuina libantes my-
steria q̄sum⁹ dñe vt
hec salutaria sacramenta
illis pficiat ad p̄speritatē
et pacē: pro quoꝝ quarūqz
dilectione hec tue obtuli-
m⁹ maiestati. per **Missa**
ad pluviā petēdā Oratio

DEUS in q̄ vivimus
monemur et sum⁹:
pluviā nobis tribue con-
gruentem: vt presentib⁹
subsidijs sufficiēter adiu-
ti: fiducialius appetamus

O Blatis q̄s dñe pla-
care in muneribus et oppor-
tunū nobis tribue pluvię
sufficiētis auxiliuz. **Per**

OA nobis **Postco.**
quesumus dñe plu-
viam salutarem: et aridā
terre faciem fluentis ce-
lestibus dignanter ifun-
de. per dominuz **Missa**

ostra tētationes

ad serenitatem postulandā

Hoste dñe. **O**io.

Nos clamātes erau-
di: et aeris serenitatē nob̄
tribue supplicantib⁹: vt
q̄ iuste p̄ pcis nr̄is affligi
mūr misericordia tua p̄ne-
niēte clemētiā sētiam⁹. p.

Dueniat. **S**ecre.
Nos q̄s dñe grā tua
semp et subsequat: et has
oblatōes q̄s p̄ pctis nr̄is
noī tuo p̄scrādas deferi-
mus benign⁹ assumic: vt
p̄ intercessionē scōz tuoz
cunctis nobis proficiant
ad salutem. p. **P**ostcō.

Quesumus oþs de⁹
clementiā tuā: vt i-
udantiaz coerces imbrī-
um: bylaritatem vultus
tui nob̄ impartiri digne-
ris. p. **Missa contra tem-**

Atationes. **O**ratio.
Nomo tua q̄s dñe
spiritales nequitie repel-
lantur: et aerearum disce-
dat malignitas tempesta-

Otium. p. **S**ecreta.
Sferimus tibi dñe
laudes et munera: p̄ con-

p viuis et defunctis

cessis beneficijs grās rese-
rentes: et p̄ cōcedēdis sp̄
suppliciter dep̄cantes. p.

Omnipo **P**ostcō.

Sempiterne deus: q̄
nos et castigando sanas: et
ignoscendo p̄seruas: p̄sta
supplicibus tuis: vt et trā
quillitatib⁹ huūs optate
p̄solutionis letemur et do-
no tue pietatis semp vta-
mūr. p. **Missa generalis**

iancti augustini pro viuis
et defunctis. **O**io.

Omnipotens sempi-
terne deus q̄ viuor̄ dñā-
ris simul et mortuorū oī-
umq̄ misereris: q̄s tuos
fide et opere futuros esse
prenoscis: te supplices ex-
oramus: vt p̄ qbus effun-
dere preces decreuimus:
quosq̄ vel presens seculū
adhuc in carne retinet ut
futuri iam erutos corpe
suscepit: intercedētib⁹ oī-
bus sanctis tuis: pietatis
tue clemētiā oīuz delicto-
rū suorū veniā consequā-

Otur. per. **S**ecreta.

Eus cui soli cogni-

tus est numerus electorū
in superna felicitate locan-
dus: tribue q̄s: vt iterce-
detib⁹ oib⁹ scis tuis vni-
uersor⁹ q̄s i oīone cōmen-
datos suscepimus: t nosa
oīuz fidelii btē pdestina-
tiōis liber ascripta retine-

Dat.p. **Postcolo.**
Diricēt nos q̄s oī-
potēs et misericors deus
sacra q̄ sumpsim⁹ t inter-
cedētib⁹ oib⁹ scis tuis
presta: vt hoc tuiz sacrm
nō sit nobis reatus ad pe-
nā: sed itercessio salutaris
ad veniā fit ablutio scele-
rū: fit fortitudo fragiliū:
fit ptra oia mūdi pericula
firmamētū: fit viuoz atqz
mortuoz fidelii remissio
oīum delictorū. p. **Alia**
missa p viuis & defunctis

Dextate tua **Oio.**
q̄s dñe nostroz sol-
ue vincula pctoz: t inter-
cedente btā maria cuz oī-
bus sanctis tuis: nos fa-
mulos tuos atqz loca no-
stra in oī sanctitate custo-
di: oēsqz consanguinitate

affinitate ac familiaritate
nobis coniunctos a vitijs
purga: vtutibus illustra:
pacē t salutē nobis tribue
hostes visibiles t iuisibi-
les remone: carnalia desi-
deria repelle aerē salubrē
indulge. amicis et inimi-
cis nostris charitatē largi-
re: t oib⁹ fidelibus viuis
et defunctis in terra viue-
tium vitā t requiem eter-
nam cōcede. p. **Secreta.**

Deu⁹ q̄ singulari cor-
poris tui hostia to-
tius mūdi soluisti delicta
bac oblatione placat⁹ ma-
culas sceleruz nostrorum
absterge: t omniū christi-
anorū viuorū et mortuo-
rum peccata dimitte: no-
bisqz premia eterna cōce-
de. Qui viuis. **Postco.**

Sdñe sacramenta ce-
lestia omnia crimina no-
stra detergēt: oēmqz pra-
uitatē t infirmitatem seu
hosticā rabiē atqz subita
neam mortez meritis btē
marie sp virginis: t oīuz

P quacūq; tribulatōe **P** imperatore

scđrū a nob̄ pcul repellāt
z oib⁹ fidelibus viuis z
defunctis prosint ad veniā
p quoz tibi sūt oblata sa-
lute. **P**er **Missa** contra

O paganos **Oratio.**
Agnipotēs sempit-
ne deus: in cui⁹ manu sūt
omnū ptates z osu⁹ iura
regnoz: respice in auxiliū
pianoz: vt gentes paga-
noz que in sua feritate cō-
fidūt dextere tue potentia
cōterantur. per **Secreta.**

Sacrificium dñe qd̄
imolamus intēde:
vt propugnatores tuos ab
oi etiā paganorum neq;
tia: z i tue pfectioz securi-
tate p̄stiuas. p **Postco.**

Drotector noster as-
spice de⁹ z ppugna-
tores tuos a paganoz de-
fende periculis: vt abi oi-
b⁹ perturbatōib⁹ semoti-
liberis tibi mentibus ser-
uiāt p **Missa** p quacūq;
tribulatiōe **Oratio.**

O Eus qui nō morte-
sed penitentiā desi-
deras pctoz: populū tuū

q̄s ad te cōuerte ppiti⁹ vt
dū tibi deuot⁹ existit: ira
cundie tue flagella ab eo
amoueas. per. **Secreta.**

SAbueniat nobis q̄s
dñe sacrificij presen-
tis opatio: q nos z ab er-
rorib⁹ vniuersis potenter
absoluat: z totius eripiat
pditōis icursū. **Postco.**

Tuleris nos q̄sumus
domie tua sācta su-
mentes: z ab oi propitiis
iniquitate defende. per.

Alia missa vt supra. **Oratio.**

DEdespicias oīpotēt
de⁹ pplm tuū i affli-
ctiōe clamantē: sed ppter
gloriā nois tui tribulatiōis
succurre placatus. **P**er.

SAscipe **Secreta.**
dñe ppici⁹ hostias q
bus z te placare voluisti:
z nobis salutē potēti pie-
tate restitui. per **Postco.**

TRibulatiōe nſaz
q̄sumus dñe ppiti⁹
respice: z irā tue indigna-
tiōis: quā iuste meremur
auerte. per **Missa** p im-
peratore. **Oratio.**

O Eus regnoꝝ oiuꝝ
rpiani marime pte-
ctor imperij da seruo tuo
ioperatori nro trūphū vir-
tutis tue sciēter excolere
vt q̄ tua p̄stitutiōe ē prin-
ceps tuo semp munerest

S Alcipe dñe preces
z hostias ecclie tue pro sa-
lute famili tui supplicatis
z i.ptectiōe fidelii pploꝝ
antiq̄ brachij tui operare
miracula: vt superatis pa-
cis iūnicis secura tibi ser-
uiat xpiana libertas. Per

O Eus q ad Postcō.
predicanduz eternū
regis euangeliū romanū
imperii p̄parasti: p̄tende
famulo tuo ioperatori nro
arma celestia: vt par ecclie
siaꝝ nulla turbetur tēpe-
state bellorū. per Missa

Q pro rege Oratio.
Aesum⁹ op̄s deus
vt famul⁹ tu⁹ rex nr̄ q̄ tua
misericordiē suscepit regni
gubernaculayirtutū etiā
oiuꝝ percipiat incremēta
gbus dec̄ter ornat⁹: z vi-

tiorū monstra deuitare: z
ad te q̄ via veritas z vita
es gratiosus valeat per-

Q uenire. per Secre.

Anera q̄s dñe ob-
lata sc̄ifica: vt z nobis vni
geniti tui corp⁹ z sanguis
fiat: z regi nro ad obtinē-
dā aie corporisqz salutē: z
ad peragēdū iniūctū offi-
ciū te largiēte vlsqz qqz p-
ficiant: per Postcom.

H Ec dñe oblatio salu-
taris famulū tuū ab
oib⁹ tueat adūsis: q̄tenus
ecclesiastice pacis obtieat
tranquilitatē: z p̄ isti⁹ tpiſ
decursiꝝ ad etiā pueniat
hereditatē. p Missa 5 p-
secutores z male agentes

H Ostiū nroꝝ Dio.
q̄s dñe elide supbiā
z eoz p̄tumaciā derte tue
vtute prosterne. p Secre.

H Aius dñe vtute my-
sterij z a p̄prijs mun-
demur occultis: z ab ini-
micoꝝ liberemur isidijs.

D Rotector postcō. p.
nr̄ asvice de⁹ z ab i-
nimoꝝ nos desēde piculis

Pnimijs pressuris

vt oī perturbatione semota
liberis tibi mētib⁹ seruia
mus.p **Missa pro nimijs**

O Deus q̄ p̄tritor⁹ nō
despicis gemitū ⁊ meren
tiū non spernis affectum
adesto p̄cib⁹ n̄ris: q̄s tibi
p̄ tribulatiōe n̄rā effundī
mus easq̄z clemēter exua
di: vt qcqd p̄tra nos dia
bolice atq̄z hūane molūt
aduersitates ad nihilū re
digat: et p̄silio tue pietat
is allida: quaten⁹ nullis
aduersitatib⁹ lesi: s̄z de oī
tribulatiōe ⁊ angustia ere
pti in ecclia tua tibi grās

O referamus **Secre.**
Deus q̄ tribulatos
corde sanas: ⁊ mestifica
tos actu letificas: ad hāc
xp̄itiūs hostiā dignanter
attēde: quā tibi p̄ n̄rā of
ferim⁹ liberatōe: tu ⁊ hāc
benign⁹ accipe: ⁊ n̄rā sa
na discrimīa: tribulatōnū
attende miseriā ⁊ angusti
arū n̄rāz submone p̄ssurā
vt eruti oībus q̄ patimur
malis i tuis sp̄ mereamur

In tpe belli

exultare iusticijs.p **Post**
Imitte dñe com.

Opctā nostra ⁊ tribue
nob̄ mīam tuam quā p̄ca
mur: vt hūilitatē n̄rāz at
tēdas: vīcula soluas deli
cta deleas tribulatōe in
spicias: aduersitatē repel
las affectūq̄z petiōis no
stre largiēs: supplices tu
os clementer erandias.p

Missa in tpe belli Oīo.

Onnipotēs ⁊ misere
ricors deus a bello
rū nos q̄s turbine fac qe
tos: q̄ nobis bona cūcta
p̄stabis si pacē dederis ⁊
mētis ⁊ corpis.p **Secre.**

Sacrificiū dñe quod
simolam⁹ placatus
itende vt ab oī nos eruat
bellorū neqtia: ⁊ i tue pte
ctionis securitate consti
tuat.per **Postcomunio**

Sacrōscī corporis ⁊
sanguinis dñi nostri
ihu rpi refectione vegeta
ti: supplices te rogamus
oipotens deus vt hoc re
medio singulari ab oīum
pctōz nos ptagiōe purifi

Pro quacumq; necitate

ces: et a piculor; munias
scursioe cuncto; Per eū
Missa pro quacumq; necessi-

Ense tate **O**ro.

Dresagium nostru; et
virtu; ad efto piis ecclie tue
pcib; auctor ipse pietatis
et presta ut qd; fidelit peti
m; efficacit cosequamur

Deus vt h; salutariis
oblatio et a ppiis nos re-
atibus indefinete expedii-
at: et ab oib; tueat aduer-

Sis. per **Postcom.**

Sumptu; dñe sa-
cri doa mysterij huius de-
pcates ut q; in tui memo-
rati; nos fac; pcepisti: i
nre pficiat ifirmitatis au-
riluz. Qui vi. **Missa ad**

postulad; sapiaz **Oratio**

Deus q; p coeternaz
tibi sapiaz hoiez cu
no esset codidisti pdituz
misericordit reformasti:
pla q; et eadem pectora
nra: ispirate te tota mte
anem; et ad te toto corde

Scurram; p **Secre.**

dpostulan dñe 27 27 2

deus huius nre oblatiis
mun; tua coopante sapi-
entia ut tibi placere pos-
sit ad laudem: et nob; pfice-
re ad salutem. p **Postco.**

Tu fide q; dñe de;
p h; sacra q; sumptu;
m; tue cordib; nr; lumine
sapie: ut te veracit agno-
scam; et fidelit diligam;
per **Missa ad postulad;**
spem fidem et charitatem

Omnipotens **O**ro
sempiterne de; qui
iusticiam tue legis i cordi
b; credeti; digito tuo scri-
bis: da nobis fidei: spei: et
charitatis augm; et ut
mereamur aseq qd; pmit
tis: fac nos amare qd; pre-
cipis. **Per.** **Secreta.**

Ottte quesum; dñe
spiritu scm; q; et hec
munera pntia tuu; nobis
efficiat sacramentu: et ad
hoc pcpientu corda nr;a
purifiet. **Per.** i vnitate
eiusdem. **Postcomunio**

Spiritu nobis dñe
tue charitatis ifun-
de: ut q; uno pae celesti

satisfisti: tua facias pietate
concordes, per in ynitatem
eius. **Missa ad postulādā**
humilitatem **Oratio.**

Deus q̄ supbis resi-
stis: et grām prestas
humilib⁹ ange in nob⁹ ve-
re humilitatis vtutē: cui⁹
in se formā fidelib⁹ vnige-
nit⁹ tuus exhibuit: vt nun
q̄ idignationē tuā pnoce-
mus elati: sed poti⁹ sp̄ pie-
tatis tue capiamus dona
subiecti. per eūdē **Secre.**

Hec oblatio dñe de⁹
nobis remissionem
oīuz pctōz et vere humili-
tatis obtineat grāz: siſqz
a cordibus nr̄is p̄cupiscē-
tiaz carnis et oculoz: atqz
ambitionē seclī auferas:
q̄tenus corāte sobrie iuste-
pieqz viuētes: p̄mia p̄seq̄
mr̄ eterna. per **Postcom.**

Huius dñe sacri pce
ptio pctōz nr̄oz ma-
culas tergar: et nos p̄ hu-
militatis exhibitionez ad
celestia regna perducat. p̄
Missa ad postulandam
charitatem **Oratio.**

Deusq̄ diligētib⁹ te
facis cuncta prodes-
se da cordibus nr̄is iuola-
bilē tue charitatis affectū
vt desideria de tua iſpira-
tiōe p̄cepta: nulla possint
tētatione mutari. **Secre.**

Deus q̄ nos ad imia-
ginē tuā sacramen-
tis renouas et p̄ceptis: p̄si-
ce gressus nostros i semi-
tis tuis: vt charitatis do-
nū qđ fecisti a. nob⁹ spera-
ri: p̄ hec q̄ offerim⁹ sacri-
ficia facias app̄hendi. per

Sancti **Postcom.**
spūs grā q̄sdñe cor-
da nr̄a illumiet: et p̄fecte
charitatis dulcedine abū-
dāter reficiat. per. in ynitā-
te eius. **Missa ad postulā-
dam patientiam.** **Oro.**

Deusq̄ vñigeniti tui
patiētia antiqui ho-
stis p̄trivisti supbiā: da no-
bis q̄s: q̄ idē pie p̄ nob⁹ p-
tulit digne recolere: sicqz
erēplo ei⁹ nobis aduersā-
tia equanimiter tolerare

Per eum. **Secre.**
Anera nostre obla-

Potestate loci

tiōis q̄s dñe placat⁹ susci-
pc q̄ vt nobis patiētie do-
nū condonare digneris:
maiestati tue deuota offe-
rimus actione. **Postcō.**

SAcrosancta domie
sumentes mysteria
amissa nobis q̄s reconciliēt
gratiā: atqz nun⁹ pa-
tiētie i illatis oib⁹ semp ⁊
vbiqz protegēdo ipartiāt
per. **Missā pro stabilitate**

O te loci. **Oratio.**
Omnipotens sempi-
terne de⁹: edificator ⁊ cu-
stos hir̄m ciuitat⁹ supne
edifica ⁊ custodi locū istuz
cū habitatoribus suis: vt
sit in eo, domiciliū stabili-
tatis ⁊ pacis. per **Secre.**

Hominē placat⁹ intēde
vt q̄ p̄prijs oramus absol-
ui delictis non grauemur
externis sed ab omnibus
liberemur aduersis. per.

Suscipe dñe preces
nostras: et muro custodie
tue hunc locū cū habitan-
tibus in eo circūda: vt oi-

Potestate p̄ctā 279

aduersitate repulsa sit se-
per i eo domiciliū incolu-
mitatis ⁊ pacis. per dñm.

Missā pro cōfidente pec-

Ocata sua. **Oratio.**

Omnipotens sempi-
terne de⁹ confitenti tibi fa-
mulo tuo **M.** pro tua pie-
tate relata peccata vt non
plus ei noceat conscientie
reatus ad penaz q̄ indul-
gentia tue propiciacionis
prosit ad veniam. **Per**

PResta que **Secre.**
Dsum⁹ omnipotēs et
misericors de⁹: vt hec salu-
taris oblatio famulū tuū
M. ⁊ apprijs reatib⁹ inde
sinenter expediat: ⁊ ab oi-
bus tneatur aduersis. per

Omni- **Postcō.**
Otēs ⁊ misericors de⁹:
q̄ oēm aīam penitentez ⁊
confitentē tibi magis vis
emēdere q̄ pdere: respi-
ce super hūc famulū tuū
M. ⁊ per hec sancta sacra-
mēta q̄ sumptim⁹ auer-
te ab eo iraz indignatōis
tue: ⁊ dimitte ei oīa pecca-
ta sua. **Per.** **Missā pro**

pro faciētibus elemosynas

Dicitur inimicis. **Oratio.**
Eus pacis charita-
tisqz amator et custos da-
oibus inimicis nostris pa-
cem charitatēqz verā: cū
ctorūqz eis remissionē tri-
bue peccatorum : nosqz
ab eorum infidijs poten-
ter eripe. **per. Secreta.**

Oblatis q̄s domi-
ne placare muneri-
bus : et nos ab inimicis
nostris clementer eripe:
eisqz indulgentiā tribue
delictorū. **p. Postcoio.**

Hec nos coīo dñe ex-
uat a delictis et ab
inimicorā defendant insi-
dijs. **p. Adissa pro facien-**
tibus nobis elemosynas

Dicitur Eus qui **Oratio.**
post baptismū sacra-
mentū secundā ablutio-
nem peccatorū elemosy-
nis indidisti: respice pro-
pitius sup famulos tuos
pro quorū operibus tibi
gratia referūtur : fac eos
premio beatos: vt recipi-
as p̄ paruis magna: pro
terrenis celestia: pro tem-

pamico incarcerated

poralibus sempiterna. **p**

DEUS q̄ **Secreta.**
tuorū corda fidelū
per elemosynā dixisti pos-
se mudari: da famul' tuis
qui pauperibus bona sua
dederūt per huius sacra-
menti mysteriū: vt parci-
piantes hoc munere ve-
niām peccatorum in tuo-
rum censeantur sorte iu-
storum. **P**er. **Postcoio.**

Delicent nos que-
sumus domine sa-
cramenta que sumpsim⁹
et famulos tuos propitius
intende: qui diuina man-
data recolentes opem in-
digentib⁹ subministrāt:
et presta: vt sicut eorū de-
votioni nobis est necessaria
ita sit tibi semp accepta.

Per. **Adissa pro amico**
incarcerato. Oratio.

Dicitur Eus qui beatū pe-
trum a vinculis ab-
solutū illesum abire feci-
sti famuli tui in captione
positi vincula absolve: et
eum ipsius meritis illesū
abire pcede **p. Secreta.**

Super has quenam
m⁹ dñe hostias be-
nedictio copiosa descen-
dat: q̄ captui nostri vin-
cula soluat: et de eius li-
beratione nos cito letifi-
cet. per. **Postcō.**

PReces nostras que-
sumus domine clementer
exaudi et per hec sacramē-
ta que sumpussumus famu-
lum tuū a vinculis sue ca-
ptitatis absolve. **Per**

Missia pro nauigantib⁹.

O Eus qui **Oratio.**
transtulisti patres
nostros p mare rubrum.
et transuersti per aquam
numia laudem tui nomi-
nis decantates: te suppli-
ter depreciamur: vt in na-
ui famulos tuos repulsis
aduersitatib⁹ portu sem-
per obtabili: cursuqz trā
quillo tuearis. p. **Secre.**

Suscipe dñe quesu-
mus preces famu-
lorum tuorum cum oblati
onibus hostiarum: et tua
mysteria celebrantes ab
omnibus defende pericu-

lis. per. **Postcō munio**

Sanctificati diuino
mysterio maiestatē
tuaz domine suppliciter
depreciamur et petim⁹ vt
quos donis facis celesti-
bus interesse: per lignuz
scē crucis et a peccatis ab
strahas et a piculis cūctis
miseratus eripias. **Per**

Missia p sterilitate terre

On nobis **Oratio.**
quesumus domine
pie supplicatiōis effectū et
pestilentia famēqz pitia-
tus autē: vt mortaliū cor-
da pgnoscāt et te indignā-
te talia flagella pdiret te
miserante cessare. **Per.**

O Eus q̄ hu **Secre.**
mani generis vtrā-
qz substantia presentium
munerū et alimento vege-
tas et renouas sacramēto
tribue q̄s et eorū et corpori
bus nřis subsidiū nō d e-
sit et mētibus. p. **Postcō.**

Gaberna q̄s dñe te
coralibus alimētis
quos dignaris eternis in-
formare mysterijs. per.

p peste animaliū.

Missa p peste animaliū.

Deuſ qui **Oratio.**

laboribus hominū
etiaſ de mutis animalib⁹
ſolatia ſubrogasti: ſuppli-
citer te rogamus: vt ſine
quibus non alitur huma-
na conditio: noſtris faci-
as viſibus non perire. per

Sacrificijs Secre.

domine placat⁹ ob-
latis opē tuā noſtris tem-
poribus clemēter impen-
de **P**er. **Postcomunio**

Benedictionē tuam
dñe populus fidelis
accipiat: qua corpore ſal-
uetur et mēte: et congruaſ
tibi ſemper exhibeat ſer-
uitutē et propiationis tue
beneficia ſemper inueni-
at. per **Missa pro morta-**
litate hominum Oratio.

Deuſ qui nō mortē
ſed penitentiā dei-
deras peccatorū: populuſ
tuū quiescumus ad te con-
uertere propitiuſ: vt dum
tibi deuotus eriſtit: iracū
die tue ab eo flagella a-
moneas per. **Secreta.**

p more hoſiū.

Subueniat nob⁹ que-
ſumus domine ſa-
crificij preſentis operatio-
que nos ab erroribus vni-
uersis potēter abſoluat:
et a totiſ eripiat perditiois
incuſu. per **Postcom.**

Exaudi nos deus fa-
lutaris noster et iter
cedente beata maria ſem
per virgine: populuſ tuuſ
ab iracudie tue terrorib⁹
liberum: et misericordie
tue fac largitate ſecurum
per. **Missa pro infirmo**
qui proximus est morti.

Odnipotēs **O**rio.
ſempiterne deus co-
ſeruatoſ animaſ: q̄ quos
diligis corripis et quos re-
cipis pie ab emēdationeſ
coerceſ: te domine depre-
camur: vt medelam tuuſ
conferre digneris in ani-
mā famuli tui: qui in cor-
pore patitur membroruſ
debilitatē: viſ laboris: ſti-
mulos in firmitatum: da
ei domine gratiaſ et miſe-
ricordia tuam: vt in hora
exit⁹ illi⁹ de corpe: absqz
pet

peccati macula creatoris p
prio: per manus sanctorum
angelorum eius anima re
presentari mereat. Per.

Homoⁿde^sto^r Secre^ta.
domine supplicati
onibus nostris et suscipe
hostiam quam tibi offeri
mus pro famulo tuo iace
te in grabato: salutem no
solum corporis: sed et ani
me sue petenti: presta ei
omnipotens deus indul
gentiam omnium iniqui
tatum suarum: per immen
sam clementiam tuam et
per intercessiones omnium
sanctorum tuorum: ut per
hoc quod sustinet flagel
uz: a sanctis angelis tuis
et quo^s r^uscipiatur: et peruenire
nereatur ad glorie tue re
num. Per. Postco.

Bratias agimus ti
bi domine de mul
tiplicibus largitatib^u tu
rum: qui in con
membrorum: si
erit laboris: si
erit eritatum: d
e gratia: et multa
de corpore: abfu
p

ne preualeat aduersus eum
aduersarius in hora erit
illius de corpore: sed tra
situm habere mereatur.
ad vitam perpetuam. Per.
**Aissa in ageda pro mor
tuis Introitus.**

Requiem eternam
dona eis domine et
lur perpetua luce
ait eis ps. Te decet hymn^u
deus in syon: et tibi reddetur
votus in hierusalem: exaudi
orationes meas ad te omnis
caro ueniet. Gloria pa
non dicitur. sed finito ab
solute repetitur. Requie
In die depositionis de
functi. Oratio.

Deus cui proprium
est misereri semper
et parcere: te supplices ex
oramus pro anima famu
li tui. quam hodie de
hoc seculo migrare iussi
sti: ut non tradas eam in
mâibus inimici: neq^z ob
liviscaris: in finem: sed iu
beas eam a sanctis ange
lis suscipi: et ad patriam
paradisi perduci: ut quia

in te sperauit et credidit: non penas eternas sustineat: sed gaudia sempiterna possideat: Per dñm nostrū iesuꝝ xp̄m.

Epi-
ad corinthios. pria. xv. ca-

Ratres: Ecce my-
sterium vobis dico
Omnes quidem resurge-
mus: sed non o s immu-
tabimur. In mom to: in
ictu oculi in nouissima tu-
ba. Lanet enim tuba: et
mortui resurgent incorru-
pti et nos immutabimur. O-
portet enim corruptibile
hoc induere icorruptionem
et mortale hoc induere im-
mortalitatem. C n autem
mortale hoc induerit im-
mortalit t : tunc fiet ser-
mo qui scriptus est: Ab-
sorta est mors in victoria
Abi est mors victoria tua
vbi  mors stimul  tuus?
Stimulus autem mortis
peccatum est: Virtus vo-
peccati ler. Deo aut  gratias
qui dedit nobis victo-
riam: Per iesum christ 

domin  nostrum. **Epi-**
stola ad thessalonicenses
prima. iiiij. capitulo.

Ratres: Volum 
vos ignorare de dor-
mientibus: vt non contri-
stemini sicut et ceteri: qui
speciem non hab t. Si en z
credimus   iesu  mortu 
est et resurrexit ita et deus
eos qui dormierunt per ic-
sum adducet c n eo. Hoc
en  vobis dicimus in ver-
bo domini: quia nos qui
vivimus: qui residui su-
mus in aduentu domini:
non preueniem  eos qui
dormierunt. Quoniam ipse
dominus in iussu et in vo-
ce archageli et in tuba dei
descendet de celo: et mor-
tui qui in christo sunt re-
surgent pri. Deinde nos
qui vivimus qui relinqui-
mur simul rapiemur cum
illis in nubibus obuiam
christo in aera: et sic sem-
per cum domino erimus
Itaq  consolamini invi-
cem in verbis istis. Le-

ctio libri machabeorum

In diebus illis: Vir fortissimus Judas: collatione facta: duodecim milia dragmas argenti misit hie rosolymam offerri eas ibi pro peccatis mortuorum iuste et religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret: superfluum videretur et vanum orare pro mortuis. Sed quia considerabat q̄ h̄i qui cum pietate dormitionem acceperant optimam haberent repositam gratiā. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis soluantur. **Vcō libri apocalypsis bti iohannis apli. riiij. capitulo.**

In diebus illi: Audiri vocem de celo dicentem mihi: Scribe: Beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus ut re-

quiescat a laboribus suis
Opera enim illorum sequuntur illos. **Gradua.**
Requiem eternam dona eis domine. et lux perpetua luceat eis. **v.** In memoria eterna erit iustus ab auditio mala non timebit. **Tractus**
Absolue domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. **v.** Et gratia tua illis succurrente: mereantur euadere indicium ultionis. **v.** Et lucis eterne beatitudine perfici.

Sequentia. **D**ies ire dies illa. **rc.** **Quere in fine missalis.** **S**cdm iohannem. riiij. capitulo.

In illo tempore: dixit martha ad iesum: Domine si fuisses hic frater meus nō fuisset mortuus Sed et nunc scio: Quia quemque poposceris a deo dabit tibi deus. Dicit ei ihesus: Resurget frater tuus. Dicit ei martha: Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo

die. **D**icit ei Jesus: Ego sum resurrectio et vita: Qui credit in me: etiam si mortuus fuerit vivet. Et omnis qui vivit et credit in me: non morietur in eternu. **C**redis hoc? Ait illi: Utique domine: ego credidi quia tu es christus filius dei vini qui in hunc mundum venisti. **S**cđm

In illo tempore dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorū: Omne quod dat mihi pater ad me veniet: et eus qui venit ad me non ejiciā foras. Quia descendī de celo non ut faciam voluntatē meā: sed voluntates eius qui misit me. Hec est autē voluntas eius qui misit me patris: ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo: sed resuscitē illum in nouissimo die. Hec est autē voluntas patris mei qui misit me: ut omnis qui videt filium et credit in eum habeat vitā eternā. Et ego resusci-

tabo eū in nouissimo die. **S**cđm iohannem. v. ca.

In illo tempore: dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorū: Amē amē dico vobis: q̄r venit hora et nūc ē quādo mortui audiēt vocem filij dei et qui audierint vivēt. Si cut enim pater habet vitā in semetipso sic dedit et filio vitā habere in semet ipso. Et potestatez dedit ei iudicium facere quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora i qua omnes qui in monumentis sunt audiēt vocem filij dei. Et procedent q̄ bona secerunt i resurrectionē vite. Qui vō mala egerunt in resurrectionē iudicij. **S**cđm

In illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis: et turbis iudeorū: Ego suz panis viuus qui de celo descendī. Si quis manducauerit ex hoc pane vivet in eternu. Et panis

quē ego dabo caro mea ē
pro mūdi vita. Litigabāt
ergo iudei adinuicē dicen-
tes: Quō pōt hic nobis
carnē suā dare ad mandu-
cādū? dixit ergo eis iesus
Amen amē dico yobis ni-
si manducaueritis carnez
filij hominis et biberitis
eius sanguinem: nō habe-
bitis vitaz in nobis. Qui
manducat meam carnez
et bibit meum sanguinez
habet vitam eternaz. Et
ego resuscitabo euz in no-
uissimo die. **Offer.** Domi-
ne iesu christe: rex glorie: li-
bera animas omniū fideli-
um defunctorū de penīs in-
fernī: et de profundo lacu: li-
bera eas de ore leonis: ne ab-
sorbeat eas tartarus: ne ca-
dant in obscurum: sed signi-
fer sanctus michabel repre-
sentet eas in lucem sanctam.
Quam olim abrahe promi-
fisti et semini eius. **v.** Hosti-
as et preces tibi domine lau-
dis offerimus: tu suscipe pro
animabus illis: quarum ho-
die memoriam facimus: fac

eas domīne de morte transi-
re ad vitam. Quam olim.

Dquesumus domīne
anime famuli tui **A.** pro
quo tibi hostiam laudis
simolam⁹: maiestatez tuā
suppliciter deprecantes:
vt per hec pie placatiōis
officia peruenire merear-
tur ad requiem sempiter-
nam. **Per.** **Colo.** Lux
eterna luceat eis domīne Lū
sanctis tuis in eternuz quia
pius es **v.** Requiem eter-
nam dona eis domīne & lux
perpetua luceat eis. Lux san-
ctis. **Poſteōmuniō.**

DResta quesum⁹ oī-
potēs deus: vt ani-
ma famuli tui **A.** q̄ ho-
die de hoc seculo migra-
uit: his sacrificijs purga-
ta: & a peccatis expedita i-
dulgentiam pariter et vi-
tam capiat sempiternam
Per. **Missa in die ter-**
tio septimo vel trigesimo
depositōis defuncti. **Oio**

QUesumus domīne
vt aie famuli tui:

Hecce defuncto

cuius despositionis diem
tertium septimum vel tri-
gesimum cōmemoramus
sanctorum atqz electorum
tuorum largiri digneris
consortium et rorem mise-
ricordie tue perhennem
fundas. **Pater.** **Secreta.**

Pater nra quesumus
domine que tibi p-
anima famuli tui offeri-
mus: placatus intēde: vt
remidijs purgata celesti-
bus i tua pietate requi-
escat: **Pater.** **Post.**

Suscipe domine p-
ces nostras pro aia
famuli tui: vt si que ei ma-
cule de terrenis cōtagijs
adheserūt: remissiōis tue
misericordia deleant. p.

Missa et supra. Oratio.

Hecce quiescum⁹ do-
mine anime famuli
tui: cui in die depositio-
nis sue tertio septimo vel
trigesimo officium cōme-
morationis impendim⁹:
vt si qua ei secularis ma-
cula inhebit: aut vitiū mū-
diale infecit: dono tue pie-

tatis indulgeas et abstere
gas. **Pater.** **Secreta.**

Hecce domine sup-
plicatōibus nostris
et hanc oblationem: quaž
tibi offerimus ob diē de-
positionis tertii septimi
vel trigesimi⁹ pro aia fa-
muli tui **A.** placidus ac
benign⁹ assume. p. **Post**

Omnipotēs sem cō.
O piterne deus collo-
care dignare spiritū et ani-
mā famuli tui **A.** cuius
diē tertii septimi vel tri-
gesimi⁹ depositiōis come-
moram⁹ in simib⁹ abrahe
ysaac et iacob: vt cuž dīc
agnitionis tue aduenierit
inter sanctos et electos tu-
os eum resuscitari preci-
pias. p. **Missa pro defun-
cto episcopo. Oratio.**

Daiaž famuli tui epi-
scopi quam de seculi edu-
risti laborioso certamine
sanctorum tuorum cetui
tribuas esse consortem.

Hecce nobis dñe

vt anime famuli tui epi-
scopi hec proficit oblatio:
quā imolando totius mū-
di tribuisti relaxari deli-
cta. **P̄der.** **Postcom.**

Himis omnipotens
deus vt purgata anima &
spiritus famuli tui episco-
pi ad indulgentiā & refri-
geriū sempiternū perue-
nire mereat. per. **Adissa**
pro defunctis ep̄is seu sa-
cerdotibus Oratio.

Deus q̄ inter aposto-
licos sacerdotes fa-
mulos tuos pōtificali seu
sacerdotali fecisti digni-
tate vigere: presta quesu-
mus: vt eorū quoqz ppe-
tuo aggregemur consor-
tio. **P̄der.** **Secreta.**

Suscipe domine que-
sumus p̄ animabus
famulorum tuorū ponti-
ficū seu sacerdotuz: quas
offerimus hostias: vt qui-
bus in hoc seculo pontifi-
cale seu sacerdotale dona-
sti meritum: in celesti re-
gno sanctorū tuorum in-

beas coniungi consortio.

Dñe Rosit q̄s dñe aia-
bus famuloz tuoz pōtisi
cū seu sacerdotū misericor-
die tue implorata clemen-
tia: vt eius in quo spera-
uerūt et crediderūt: eter-
nū capiant te miserāte cō-
sortiū. p. **Missa pro sacer-**
dotibus defunctis Ōio.

Dñe Resta q̄s domine vt
iae famulorū tuorū
sacerdotū: quos in hoc se-
culo commorantes sacris
munerib⁹ decorasti: in ce-
lesti sede gloriofa semper
exultent. **P̄der.** **Secreta**

Suscipe q̄s domine
pro aiabus famulo-
rū tuoz sacerdotū: quas
offerim⁹ hostias: vt qb⁹
sacerdotale donasti meri-
tum dones et premium.
P̄der. **P̄olt cōmunio.**

Dñe Resta quesum⁹ oī-
potens deus vt ant-
mas famulorum tuorū sa-
cerdotum in congregati-
one iustorum eterne bea-
titudinis inbeas esse con-

Pro uno defuncto

sortes. **P**er. **Missa pro
uno defuncto.** **Oratio.**

Inclina dñe aurem
tuā ad p̄ces nostras
quibus misericordiā tuaz
supplices deprecamur: vt
animaz famuli tui quā de
hoc seculo migrare iussi
sti: in pacis ac lucis regio
ne constituas: et sanctorū
tuorū iubeas esse consor
tem. **P**er. **Secreta.**

Hanue nobis que
sumus dñe: vt aie
famuli tui hec pro sit obla
tio: quā immolādo totius
mūdi tribuisti relaxari de
licta. **P**er. **Postcoio.**

Hisolue q̄s domi
ne animā famuli tui
ab omni vinculo delicto
rum: vt in resurrectionis
gloria inter sanctos et ele
ctos tuos resuscitatus re
spiret. **p.** **Missa p yna de**

Qfuncta. **Oratio.**
Asumus dñe pro
tua pietate miserere ani
me famule tue: et a conta
giosis mortalitatis erutam
in eterne salvationis par

tem restitue. **p.** **Secre.**

His sacrificijs domi
ne quesum⁹ anima
famule tue a peccatis oi
bus eruatur: sine quibus
a culpa nemo liber ertit
vt per hec pie placationis
officia perpetuā misericor
diā psequat. **p.** **Postco.**

Ilueniat quesum⁹
dñe anima famule
tue lucis eterne consortiū
cuīs perpetue misericor
die psecuta est sacramen
tum. **P**er. **Missa p de
sanctis fratribus et bene
factorib⁹.** **Oratio.**

Eus venie largitor
et humane salutis amator
quesumus clementiā tuā
vt nostre congregatiōnis
fratres p̄tinquos et bene
factores qui ex hoc seculo
transierūt btā maria sem
per virgine intercedente
cum omnib⁹ sanctis tuis
ad perpetue beatitudinis
consortiū preuenire con
cedas. **P**er. **Secreta.**

Eus cuīs miseri
cordie nō est nume

rus: suscipe propitius pre-
ces humilitatis nostre: et
animabus fratrum propin-
quorum et benefactorum no-
strorum: quibus tui nois
dedisti professionem: per hec
sacmenta salutis nostre
cunctorum remissionem tri-
bue peccatorum. Per.

Domi potens et miseri-
coris deus ut anime fratrum
propinquorum et benefacto-
rum nostrorum pro quibus
hoc sacrificium laudis tue
obtulimus maiestati: per
huius virtutem sacramenti
a peccatis oibus expiate lu-
cis perpetue te miserante
recipient beatitudinem.
Per.

**Missa pro his
in cimiterio requiescentibus.**

Deus cuius **O**ro.
miseratione anime
fidelium regescit: famulis
et famulabus tuis oibus
hic et ubique in christo qui-
escetibus: da propitius ve-
niā peccatorum: ut a cunctis
reatibus absoluti tecum sine
fine letent. Per. **Secre.**

Domi a iabus famulo-
rum: et omnium catholico-
rum hic et ubique in ipso dor-
mientium: hostiam domine su-
scipe benignus oblatam: ut
hoc sacrificio singulari in
culis horrede mortis exute
vitam mereantur eternam. Per. **Postcoio.**

Deus fidelium lumen
aiarum adesto suppli-
cationibus nostris: et da
familis et famulabus tuis
quorum corpora hic et ubique
in ipso requiescent refrigeri-
um sedem: quietis beatitudi-
nem luminis claritate. p.
Missa in anniversario.

Deus indul **O**ro.
gentiarum domine da
aiabus famulorum famula-
rum tuorum: quorum anniuer-
sarii dispositois diem co-
memoramus refrigerij se-
dem quietis beatitudinem:
luminis claritatem. Per.

Dropitiare **Secre.**
domine supplicatibus
nostris: pro aiabus famu-
lorum famularum tuorum

P ad patre amice

quorū hodie annua dies
agitur pro ḡbus tibi offe-
runtus sacrificiūz laudis:
vt eas sanctorūz tuorum
cōsortio sociare digneris

D̄per. **Postcō.**
Resta q̄sum⁹ dñe
vt anime famulorum fa-
mularūqz tuarū: quorū
anniversarium depositio-
nis diem cōmemoramus
bis purgate sacrificijs in-
dulgentiam pariter et re-
quiem capiant sempiter-
nam. per. **Missa pro omib⁹**
defunctis **Oratio.**

O Deus qui nos p̄iem
et matrez honorare
peepisti miserere clemen-
ter animab⁹ patris et ma-
tris mee: eorūqz peccata
dimitte: meqz eos in eter-
ne claritatis gaudio fac vi-
dere. **Per.** **Secreta.**

Suscipe sacrificium
domine quod tibi
pro animab⁹ patris et ma-
tris mee offero eisqz gau-
dium sempiternum in re-
giōe viuoz pcede: meqz
cū illis felicitati sanctorū

coniunge. per. **Postcō.**

AElestis participatio
domie sacramenti
animab⁹ patris et matris
mee requiem et lucem ob-
tineat perpetuā: meqz cū
illis ḡa tua coronet eter-
na p. **Missa pro omnib⁹**
defunctis **Oratio.**

O M̄nipotens semp̄i-
terne de⁹: cui nūqz
sine spe misericordie sup-
plicatur: xpitiare anima-
bus famulorum famula-
rumqz tuarum: vt qui de
bac vita ī tui nominis cō-
fessione decesserunt: san-
ctorum tuorum numero
facias aggregari. **Per.**

Ropitia. **Secre.**
Pre quesum⁹ domie
animabus famulorum fa-
mularūqz tuarum pro
quibus tibi hostias pla-
cationis offerimus. et quia ī
bac luce in fide manserūt
catholica: si futuravita ei⁹
retributio condonet eter-
nale **Per do.** **Postcō.**

Resta quesum⁹ oī-
Potens deus: vt ani-

mas famulorum famula
rūqz tuaz ab angelis lu-
cis suscep̄tas: in p̄parata
habitacula deduci facias
beator̄. p. **Missa generalis p fidelibus defunctis**

R Euelū deus Dio.
R oīum p̄ditor et redē-
ptor: aialib⁹ famuloz fa-
mularūqz tuaz remissio-
nem cunctoz tribue pec-
catoruz: vt indulgentiam
quā semp optauerūt pijs
supplicationibus psequā-
tur. **Qui vi. Secreta.**

H Ostias q̄sumus do-
mine quas tibi pro
animabus famulorūz fa-
mularūqz tuaz offerim⁹
propitiatus intende: vt q̄
bus fidei christiane meri-
tūz contulisti: dones et p̄-
miūz. **Per. Postcom.**

A Animabus quesu-
mus dñe famulorūz
famularūqz tuarū oratio
p̄ficiat supplicantium: vt
eas et a peccatis omnibus
exuas: et tue redemptio-
nis facias esse participes
Qui vi. Missa pluralis

pro defunctis. Oratio.

D Ropitiare q̄sumus
domine animabus
famulorūz famularūqz tu-
arum misericordia sempi-
terna: vt mortalitatis ne-
ribus expeditas: lux eas
eterna possideat. **Secreta.**

H Ostias tibi domine
humili deprecatiōe
deserimus: vt aie famulo-
rum famularūqz tuarum
per hec pie placatois offi-
cia tuam misericordia co-
sequantur. per **Postcom.**

D Eus vitaventū:
spes morientū: sa-
lus omnū in te speratiū:
presta propiti⁹ vt anime
famuloz famularūqz tua-
rum a nostre mortalitatis
tenebris absolute: beata
maria semper virgie iter
cedente in ppetua cū san-
ctis tuis luce letentur. p.
Alia missa ut sup̄. Dio.

D Eus cui p̄priūz est
misereri semper et
pcere: propitiare aīabus
famulorum famularūqz
tuarū et oīa eorū peccata

p defunctis

dimitte : vt mortalitatis
vinculis absolute trāsire
mereant ad vitaz. **Per.**

Anue no-**Secre.**
Habis dñe: vt aiab⁹ fa-
muloz famularūqz tuarū
hec proſit oblatio: quam
ſimolando toti⁹ mūdi tri-
buisti relaxari delicta. per

Deus cui **Postcō.**
ſoli cōpetit medici-
nā pſtare post mortē: pſta
quellum⁹: vt anime famu-
lorū famularūqz tuarū a
terrenis erute contagij:
in tue redemptions par-
tē numerentur. per. **Alia**

missa ut supra. Oratio.

Animab⁹ qſum⁹
Homine famulorū
famularūqz tuarū miseri-
cordiā concede perpetuā
vt eis pficiat in eternū q̄
in te sperauerūt et credi-
derunt. **Per.** **Secreta.**

His dñe qſum⁹ pla-
cat⁹ intende mune-
ribus: et qđ ad laudez tui
nomis ſupplicātes offeri-
m⁹: ad idulgētiā proficiat
defunctoz. p. **Postcō.**

SApplices dñe pro
animabus famulo-
rū famularūqz tuarū pre-
ces effundimus: obſcrā-
tes vt quicquid conuerſa-
tione contrarerunt huma-
na: et clementer indulge-
as: et in tuoꝝ ſede letatiū
coſtituas redemptorū. p.

Missap defunctis Dīo

Deus qui ad celeſte
regnū nō niſi rena-
tis p aquā et ſpiritu ſac̄tuꝝ
pandis introitum: multi-
plica ſuper animaz famu-
li tui. **M.** miſicordiā tuā
et cui donaſti celeſteꝝ et in
contaminatum transituꝝ
post baptiſmi ſacramen-
tum: da ei eternorū ple-
nitudinē gaudiorū. **Per**
in vñita eius. **Secreta.**

Dropitiare dñe aic
famuli tui. **M.** pro
qua tibi offerim⁹ ſacrifi-
ciū laudis: vt ea ſcōꝝ tuo
rum conſortio ſociare di-
gnoris. **Per.** **Postcō.**

Dropitiare dñe aic
famuli tui **M.** vt
quē i fine iſti⁹ viter regene

rationis fonte mundasti
ad celestis regni beatitu-
dinem facias peruenire.

Missa p deideratib⁹ pe-
nitētiā. Si quis peniten-
tiam petens dñi sacerdos
venerit officio lingue fue-
rit priuatus: constitutus ē
vt si idœa testimonia hoc
dicerint: t ipse p mot⁹ ali
quos satissaciat: sacerdos
implete omnia circa peni-
tentē: vt mos est. **Oro.**

O Mnipotens et mi-
sericors deus i cui⁹
humana cōditio potesta-
te consistit anima famuli
tui N. q̄s ab omnib⁹ sol-
ue peccatis: vt penitentie
fructū quē voluntas eius
optauit preuentus morte
non perdat. p. **Secreta.**

Satisfaciat tibi dñe
q̄sum⁹ p anima fa-
muli tui N. p̄sens obla-
tio: vt pariter venia quaz
quesuit inneniat: t quod
officio lingue implere nō
potuit dehiderate peniten-
tie compensatione percipi-
at. **Pater.** **Postoficio.**

D Eusa quo inspira-
tur humano cordi
omne quod bonū est: tri-
bue per hec sancta q̄sum
psimus vt sicut anime fa-
muli tui N. penitentiam
velle donasti: sic indulgē-
tiā tribuas miserat⁹ opta-
tam. **Pater.** **Missa p cui⁹**
anima dubitat⁹. **Oro.**

O Mnipotens t misé-
ricors deus inclina
q̄s venerables aures tu-
as ad exiguae p̄ces nr̄as
quas ante conspectū ma-
iestatis tue pro aia famuli
tui N. humili fūdim⁹:
vt quia de qualitate vite
eius diffidimus: de abun-
dantia pietatis tue conso-
lemur. t si plenā veniam
aia ipsius obtinere nō pōt
saltē vel inter ipsa tormē-
tar que forsitā pati⁹ resri-
gerū de abundātia mise-
rationū tuarū sentiat. p.

S Ascipe cle. **Secr.**
mentissime p̄ p̄ pia
commemoratione famuli
tui N. hostiā placatiōis
t laudis: vt sacrificijs pre-

In visitatione

sentis oblatio ad refrige-
riū aie eius: te miserante
proueniat.p. Postcoio.

Sumpsimus domi-
ne corporis et sangu-
nis tui deuota mysteria:
obsecrates maiestatis tue
clementiam: ut et viuentib⁹
sint tutela: et defuncto fa-
mulo tuo obtineat veniam
Per dominū. **I**n festo
visitationis gloriose vir-
ginis marie ad missam:

Rasite **I**ntroit⁹
ad me omnes qui
cōcupiscitis me et
a generationibus meis im-
plemini. **ps.** In me gratia
omnis vite et veritatis. i me
omnis spes vite et virtutis.
Gloria patri. Gloria in
excelsis. **D**e dñā **O**io.

Desus cui⁹ vniogeni-
tus vtero adhuc vir-
gis clausus iōānē baptistā
maria salutate spū scō pri-
usq⁹ nascere impleuit da-
ecclie tue ut q̄s spiritali re-
generatione concepit pu-
rificatos tibi filios pariat
adoptionis. **P**er eundē

Lectio libri sapientie.

Ego quasi terebin-
thus extēdi ramos
meos: et rami mei hono-
ris et gracie: ego quasi vi-
tis fructificau suavitatez
odoris: et flores mei fru-
ctus honoris et honesta-
tis. Ego mater pulchre
deliciōis et tumoris et ma-
gnitudinis et sancte speci.
In me gratia omnis vite
et veritatis. **I**n me omnis
spes vite et virtutis. **T**ra-
site ad me omnes qui con-
cupiscitis me; et a genera-
tionibus meis implemi-
ni. **S**piritus enim meus
super mel dulcis et here-
ditas mea super mel et fa-
num. **M**emoria mea in
generatione seculorum.

Braduale. Ego effudi
flumina ego quasi trames a
que imense: ego quasi flui-
us dorix. et sicut aqueduct⁹
exiū de paradiso. **A.** Riga-
bo hortum plantationum et
inebriabo partus mei fruct⁹
Alleluia. **A.** Ut facta est vox
salutationis tue in auribus

meis exultauit infans in gau-
dio in vtero meo. **Lectio
sancti euangeliū s̄m lucā.**

In illo tempore :
Exurgēs maria ab
iht in montana cum festi-
natione in ciuitatez inde.
**Require sexta feria qua-
tuor temporū de aduētu.**

Offer. Unde hoc mihi vt
veniat mater domini mei ad
me beataque credidisti qm p
ficiēt in te que dicta sunt
tibi a domino et ait maria :
Magnificat anima mea do-
minum. Et exultauit spiritus
mens in deo salutari meo.

Suscipe **Secreta.**
Qs domine fidelis
populi vota : vt qui te ab
vtero iuolate viginis pre-
cursorē in vtero sancti-
ficasse cōgaudet: ipse qqz
a te in vtero matris ecclē-
sie sanctificari mereatur.
Qui vīnis et regnas de?

Eolo Adansit autem maria
cum illa quasi mensibus trī-
bus: et reuersa ē in domū suā

Sacra li= **Dostcō.**
bantes mysteria te

dñe suppliciter depreca-
mur : vt ecclia tua visita-
tōis mysteria recollēs: vi-
sitantis et visitate meritis
subleuata ab instantibus
malis et piculis eruat. p.
dñm. **Missa p sponsō et
spōsa. Introit⁹**

Elus israel coniū-
gat vos et ipse sit
vobiscuz: qui misertus ē duo
bus vnicis. et nūc domine fac
eos plenius benedicere te .

ps. Beati omnes qui timēt
dominū qui ambulāt in vijs
eius. **v.** Gloria **Oratio.**

Elus q tam excellē-
ti mysterio coniuga-
lem copulā consecrasti vt
xpi et ecclesie sacramentū
presignares i federe nup-
tiarū presta qs: vt qd nō
ministrat officio tua bene-
dictione potius impleat.

Pter. **Epistola ad corin-**
thios prima. vi. capitulo.

Fratres: Nescitis
quoniam corpora ve-
stra membra sunt xpi: tol-
lens ergo membra christi
faciaz mēbra meretricis!

Pro sponsa et sponsa

Absit: An nescitis qm̄ q
adheret meretriciū co-
pus effici? Erunt inquit
duo in carne vna. Qui at
adheret dñō: vnuis spiri-
tus est cū eo. Fugite forni-
cationē. Omne peccatum
quodcūqz fecerit homo:
extra corpus est. Qui aut
fornicat: in corpus suū pec-
cat. An nescitis quoniam
membra vra templū sunt
spiritus sancti qui in vo-
bis est quē habetis a deo
et nō estis vestri? Empti-
n. estis precio magno: glo-
rificate et portate deum in
corpore vestro. **Građ** Vir-
or tua sicut Vitis abundans
in laterib⁹ domus tue. **V.** filij
tui sicut nouelle oliuarum in
circitu mense tue. Alleluia.

V. Mittat vobis dñs aurip-
lum de setō et de syon tue
vos **Scđm matth. rīr.ca.**

Tā illo tpe: Acces-
serunt ad iesuz pha-
rei tentātes euž: et dicen-
tes: Si licet hoī dimitte-
re vrorē suam quacūqz ex-
cā: Qui respondens ait

eis: Nō legistis quia qui
fecit hoīem ab initio: mas-
culum et feminā fecit eos.
Et dixit: Propter hoc
relinquet hoī patrē et ma-
trē et adherebit vrori sue
et erūt duo in carne vna.
Itaqz iam non sunt duo:
sed vna' caro. Quos ergo
de⁹ p̄iunctūt hoī nō separat
Officer. In te spauī domine
dixi tu es de⁹ me⁹ in mani-
bus tuis tpa mea. **Secreta.**

S Ascipe q̄s dñe p̄ sa-
cra ḥnubij lege mu-
nus oblatū: et cuius largi-
tor es muneris: esto dispo-
fitor. **Pater.** **Ante p̄ dicat**
Pater dñi. **dicit** hec bene-
dictio super eos.

Dropitiare dñe sup-
plicatiōibus nostris: et iu-
stificationibus tuis: qui-
bus propagationē huma-
ni generis ordinasti beni-
gnū assiste: vt qđ te aucto-
re iūgū te auxiliāte seruet

D Eus **Pater** **O** dio
qui ptāte v̄tutis tue
de nihilō cūcta fecisti: qui
dispositis vniuersitatis ex-



